GRAMMATICI GRAECI
RECOGNITI ET APPARATV CRITICO INSTRVCTI
PARTIS PRIMAE VOL. I

DIONYSII THRACIS
ARS GRAMMATICA

QVALEM EXEMPLARIA VETVSTISSIMA EXHIBENT
SVBSCRIPTIS
DISCREPANTIIS ET TESTIMONIIS
QVAE
IN CODICIBVS RECENTIORIBVS SCHOLIIS EROTEMATIS
APVD ALIOS SCRIPTORES INTERPRETEM ARMENIVM
REPERIVNTVR

EDIDIT
GVSTAVVS VHLIG

PRAEMISSAE SVNT PRAETER PROLEGOMENA: ADALBERTI MERXII DE VERSIONE ARMENIACA DISPVTATIO ATQVE SYRII INTERPRETIS LECTIONES
SVBIECTA SVNT: SVPPLEMENTA ARTIS DIONYSIANAE VETVSTA INDICES TABVLAE PHOTOLITHOGRAPHICAE DVAE

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

DIONYSII THRACIS

ARS GRAMMATICA

QVALEM EXEMPLARIA VETVSTISSIMA EXHIBENT

SVBSCRIPTIS

DISCREPANTIIS ET TESTIMONIIS

QVAE

IN CODICIBVS RECENTIORIBVS SCHOLIIS EROTEMATIS
APVD ALIOS SCRIPTORES INTERPRETEM ARMENIVM

REPERIVNTVR

EDIDIT

GVSTAVVS VHLIG

PRAEMISSAE SVNT PRAETER PROLEGOMENA: ADALBERTI MERXII DE VERSIONE ARMENIACA DISPVTATIO ATQVE SYRII INTERPRETIS LECTIONES
SVBIECTA SVNT: SVPPLEMENTA ARTIS DIONYSIANAE VETVSTA INDICES TABVLAE PHOTOLITHOGRAPHICAE DVAE

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXIII

PROLEGOMENA

Siquis sex abhinc annos apud aquas Mattiacas in critica et exegetica philologorum sectione nomen dedit et alteri eius consessui interfuit, is Ioannem Classenum, senem venerabilem, meminerit tunc ostendere primo suo amore etiam vergente aetate se teneri. namque de Dionysii Thracis arte disseruit qui adulescens grammaticae graecae primordia luculenter explanaverat, ac flagitavit ut seorsum publici iuris illa fieret purgataque eis quas aut incuria aut mala corrigendi sedulitas aspersisset maculis. unde multum utilitatis redundaturum esse etiam ad puerorum institutionem. multa enim hodie quoque inesse in scholarum usu quae dudum furca expelli deberent et vero expulsa essent, si grammaticorum graecorum doctrinam omnes philologi novissent, velut accusativi ridiculum nomen aliaque quae ex latinorum grammaticorum utpote insipientium imitatorum erroribus originem ducerent. quibus verbis et Christius et Steinthalius et ego plane assensi sumus nec nisi hoc opposui equidem, artis Dionysianae recensendae et emendandae operam haudquaquam posse facile absolvi. nam primum non solum codices eos, quibus Bekkerus usus esset, iterum conferri, sed etiam alios vetustiores anquiri oportere; tum ex scholiis editis ineditisque hauriendam esse scripturae discrepantiam, atque cum nonnunquam aliae in aliis scholiis inessent lectiones, singulas interpretationes auctoribus suis reddendas eorumque aetatem et fidem definiendas esse; tertium officium futuri editoris eo contineri ut innumeros scriptorum veterum locos, ubi Dionysius laudaretur vel nomine non addito usurparetur, in rem suam converteret; quartum in eo versari ut quos interpretatio vetus armenia praeberet fructus largissimos perciperet. quibus quidem officiis postea cognovi accedere, ut ad restituendam technen etiam erotemata inde nata adhiberentur et interpretatio syriaca, quam Adalbertus Merxius in duobus musei Londinensis codicibus invenit.

Iam ut ipse ad haec munera aggrederer, cum auctoritas utilitasque allexit libelli Dionysiani, tum mea quaedam opportuna condicio impulit.

Etenim forte accidit ut nunc Heidelbergae una essent vir linguae syriacae scientissimus, armeniace in monasterio S. Lazari edoctus, et homo qui in grammaticis graecis operam suam conlocavit, acciditque

ut non solum loci, immo etiam voluntatis communione inter se coniuncti essent. quod egregium fortunae donum ambabus manibus capessendum fuit, antequam fortasse evanesceret. atque multo plura etiam quam speraveram accepi ex hoc cum Merxio commercio, qua est ille liberalitate largiendi ex scientiae suae penu perquam miro.

De auctoritate enchiridii disputans multos complere possum quaterniones. nam iure optimo dici hoc licet, in toto profanarum litterarum orbe nullum unum exstare librum qui tantos habuerit effectus, nec solum ataviam esse hanc technen omnium quae in Europa compositae sunt artium grammaticarum, sed vix ullam earum esse, in qua originis vestigia plane oblitterata sint. — Ipse Dionysius regnabat in scholis graecis ab altero ante Christum saeculo usque ad duodecimum certe post Christum. ex quo quidem aevo traditum est Ioannis Tzetzae testimonium ad Hesiodi Operum versum 285 narrantis, siquis virtutem grammaticam nancisci velit, eum primo se dedere τοῖϲ ϲτοιχειώδεϲι γράμμαϲιν, εἶτα ταῖϲ ϲυλλαβαῖϲ καὶ τῇ λοιπῇ παιδείᾳ. ἔπειτα, inquit, τῇ Διονυϲίου βίβλῳ προϲέχων καὶ τοῖϲ Θεοδοϲίου κανόϲι καὶ ποιηταῖϲ, εἶτα ϲχεδογραφίαϲ ἀπάρχεται. infimis demum aevi byzantii temporibus regno expulsus est technographus nec ab adversariis heterodoxis, sed a progenie sua auctori simillima. catechismos dico grammaticos qui praecepta Thracis in interrogationes et responsiones redacta exhibent. nec mirum eiusmodi libros illi aetati magis placuisse, sed fortasse miraberis, quod plerique parentem plane abdicant et quod sub Moschopuli vel Nili nomine circumferebantur quae Dionysii erant. ex illis autem erotematis pendent ei technici, quorum opera effectum est ut in Italia litterae graecae renascerentur, Emanuel Chrysoloras, Theodorus Gaza, Constantinus Lascaris, Demetrius Chalcondyles. his denique quantum eorum praeceptorum quae etiam hodie praecipiuntur debeatur, non ignorant qui historiae studiorum graecorum gnari sunt. — Sed etiam per alium alveum ad recentiores grammaticos profluxit doctrina Thracis. etenim hoc quoque enchiridion inlatum est agresti Latio, etsi verum non est quod Maximilianus Mueller narrat, in usum puerorum Romanorum Dionysium libellum composuisse. M. Terentius Varro a Dionysio definitiones grammaticae et personarum verbalium mutuatus est, nec minus is qui Varronem porcum appellavit, Remmius Palaemon, Quintiliani magister, verba Dionysii in usum suum contulit. Ex huius Palaemonis arte haud scio an ea doctrinae Dionysianae frusta omnia aut pleraque certe derivanda sint, quae apud Dositheum, Diomedem, Charisium, Donatum, alios posterioris aevi artigraphos latinos inveniuntur. Ipsum Thracem legebat et usurpabat Priscianus Constantinopolitanus. Ex Donati autem et Prisciani libris multa Dionysiana in artes infimorum quoque medii aevi temporum manarunt inque grammaticas linguarum recentiorum. — At ne sic quidem satis

indicatum est quantum effecerit technographus Alexandrinus. quinto fere saeculo Armenius quidam, qui videtur Byzantii studiis grammaticis operam dedisse, ex enchiridio graeco grammaticam linguae armeniacae (eamque armeniace scriptam) fecit. quo munere quamquam ita functus est, ut servilem in modum vestigia ducis sui premeret imitandique studio illectus multas et voces et flexiones vocum sermoni patrio affingeret quas ante eum nemo umquam usurpaverat, tamen eandem armeniacus Dionysius apud Armenios auctoritatem nactus est quam verus apud populares suos, eandem (ab quinto usque ad quartum decimum saeculum) explanatorum multitudinem. Quin etiam ad semiticam stirpem expugnatorem progressum esse nuper comperimus. namque non solum Iacobum Edessenum, qui exeunte saeculo septimo et ineunte octavo erat, arte Thracis atque etiam Theodosii canonibus usum esse constat, sed iam quinto vel sexto saeculo techne ab Syro grammatico vernaculam in linguam ratione simili conversa est atque ab Armenio illo. — Haec autem omnia qui reputaverit, is, opinor, infitias non ibit artem Dionysianam in eorum librorum numero habendam esse, quorum fata evidentissime declarant ingenii Graecorum vim victricem et potentiam indelebilem.

Vtilitatem enchiridii iam Classenus tetigit. posita mihi in eo praeter cetera videtur, quod ex hoc libello facillime nancisci licet doctrinae technicorum veterum notitiam eam, qua imbutum non esse grammaticum quemvis dedecet, sive mortuas sive vivas linguas, sive orientales perscrutatur sive occidentales, seu unam seu plures seu universas (si Minervae placet) amplectitur. nam quicumque antiquitatem artis omnino ignorat nec eius vocabulorum tritissimorum vim intellegit, is revera grammaticus non est, sed grammatista.

Itaque dignissimus hic libellus, ad quem restituendum nervos suos philologi intendant. quo magis doleo, quod meae ipsius defecere vires in eis quae hac editione praestare cogitaveram perficiendis. etenim complura quae volueram, nunc quidem non poteram, quia nolebant oculi mei. qui quadruplici munere pueros instituendi, philologiae studiosos docendi, gymnasii moderandi, grammaticorum graecorum scripta corrigendi per novem annos ita affecti sunt, ut primum pauca tantum se legere posse dicerent, deinde subito quicquam amplius se lecturos esse negarent, nisi otium sibi daretur et diuturnum neque ullo labore interruptum. hinc factum est non solum ut indici graeco eas vocabulorum artis explanationes testimoniaque inserere non possem quae adicere haud inutile fore videbatur, sed etiam ut totam recensionem alteram, quae, qualis fere ab auctore techne profecta esset, repraesentatura erat, priori recensioni subicere non liceret, ut multa ex praefatione excludere, quae locum hic habebant, atque ipsa quoque alii reservare tempori necesse esset, ut denique haec prolegomena eis laborarent vitiis, quae inesse verbis dictatis solent, nisi siquis dictare

libros suos consuevit. Quae omnia ut excusetis, quicumque hoc volumine utemini, rogo neve quae desint quaeratis sed numqui sint progressus facti. atque credite mihi, Phineus quae olim passus est, eorum similia per hos proximos menses me saepenumero tolerasse: quotienscumque enim eis quae aut ipse excerpseram composueramque aut alii mecum communicaverant frui volebam, totiens extemplo surrepta inquinatave sunt turba muscarum volantium.

Primus edidit artem Dionysianam anno 1715 IAFabricius in Bibliothecae suae Graecae volumine septimo p 26—34, ubi postquam de libelli auctore disputavit, haec technici verbis praemittit: *Quemcunque autem haec* τέχνη εἰϲαγωγικὴ *Grammaticum Dionysium habet auctorem, certe ob antiquitatem, perspicuitatem et acumen digna est quae lucem videat, et cuius editionem pridem moliti sunt viri docti Maussacus*[1]) *et Is. Vossius.*[2]) *Igitur non ingratam me rem puto facere Graecarum literarum studiosis, si eximium hoc monumentum praesenti loco cum eis communicem ex apographo Holsteniano, quod extat inter MStos Codices Bibliothecae Iohanneae huius Urbis Hamburgensis.* hic liber (H), de quo egere LPreller in programmate priore universitatis Dorpatensis a. 1840 p 2 et AHart in Fleckeiseni Annalibus 1872 p 265, chartaceus est, formae maioris, paginarum 398, e compluribus codicibus Vaticanis conscriptus iussu, non manu Lucae Holstenii, qui medio saeculo XVII munere custodis bybliothecae Vaticanae fungebatur. volumini nunc inscriptum C. 13. grammatica ipsa legitur p 6—15; in ceteris inveniuntur scholia atque supplementa. Quod vero ex hoc libro edidisse se artem Fabricius dicit, permirum est. etenim apographi, quod ipse quoque contuli, scripturae peculiares perpaucis locis concinunt cum editione Fabriciana, velut utrobique deest utrumque δὲ p 49, 1, utrobique leguntur (quae in apparatu critico non protuli) ἐκφέρεται pro ἐκφέρηται p 18, 1 et ἐπιφέρονται pro ἐπιφέρηται p 21, 1. Contra saepissime codex Parisinus 2290 (A), cuius lectiones post Bekkerum diligentissime in meum usum Maximilianus Bonnet exscripsit, solus cum Fabricio consentit: vide e. g.

p 5, 2 τοῖϲ ποιηταῖϲ Af	ποιηταῖϲ ceteri
„ 6, 8 διαϲτολῆϲ Af	τῆϲ διαϲτολῆϲ ceteri
„ 6, 10 ἐντόνωϲ Af	εὐτόνωϲ ceteri
„ 8, 1 πῇ Af	τίνι ceteri
„ 9, 5 ἔχεαι Af	εὔχεαι, quod verum est, plerique; ἄχεαι H
„ 19, 4 ἅπαξ Af	ἄραψ optimi; ἄραξ H et Venetus

1) in adnotatione ad Harpocrationem, opinor, hoc consilium aperuit; sed locum investigare nunc non potui.

2) ad Pomponium Melam lib. I c. 8 p 45, postquam de πεπλήγω δεδοίκω ὀλώλω dixit, sic pergit: *verum de his ad Dionysium Thracem uberius agemus.*

p 21, 2 ὅπου Af — ὧν meliores; οἷον H
„ 24, 3 καὶ Af — ἢ ceteri
„ 29, 3 μνήμων Af — νοήμων ceteri
„ 40, 4—41, 3 περιληπτικὸν Af ἕκαστος, quae ceteri exhibent, om Af.

Solvenda esse ἀπορία sic videtur, ut transcriptam quidem esse technen a Fabricio ex apographo Holsteniano, sed Fabricianum hoc apographon, antequam typothetae traderetur, ex Parisino exemplari correctum esse censeamus.

Comparavit editionem principem cum codice Veneto Marciano 652 (append. class. XI 4), quem Bekkerus M nominavit, equidem V appello, Villoiso atque discrepantiam scripturae in Anecdotorum suorum volumine altero p 99—101 vulgavit, unde Harlesius eam in suam Bibliothecae Fabricianae editionem (VI p 311—319) transtulit. denuo mea causa librum inspexit AHilgardus. exaratus videtur saeculo XV. artem exhibent fol 159^r—164^v. — Idem Villoiso in eodem libro p 103 sqq ex Marcianis 652 et 489 interpretationum veterum artis Dionysianae frustula nonnulla publici iuris fecit, unde cognosci poterat, quem usum illae haberent non solum ad intellegendam technen, sed etiam ad restituendam.

In permultis codicibus legitur commentariolus byzantius, VIII vel IX saeculo, ut videtur, compositus, in quo Dionysii praeceptis singulis perbrevis explanatio adiungitur. hunc libellum, quem integrum Hilgardus programmate gymnasii Heidelbergensis a. 1880 p 24—46 e sex codicibus edidit, Amadeus Peyro legebat in duobus exemplaribus, Taurinensi et Calusiano, atque excerpsit inde lectiones ab editione Fabriciana discrepantes protulitque initio commentationis *In Theodosii Alexandrini tractatum de prosodia*, quam repetivit Sturzius post Orionem suum p 236—242.

Anno 1816 in Anecdotorum volumine altero recensuit technen IBekkerus, in eodem vetustiorum scholiorum magnam copiam ex codice Vaticano 14 et apographo Holsteniano edidit, in tertio autem volumine adnotationem criticam adiecit ad artem et scholia pertinentem. *Dionysii Thracis codices*, inquit p 1127, *siglis distinxi, ut*

A. sit codex Paris. 2290. hunc, ut iam dixi, rursus MBonnet contulit. chartaceus est, huius formae 0,21 × 0,16^m, saeculo scriptus XVII vel XVIII. artem exhibent folia 39^r—46^v.

B. Vatic. 1370. chart., f. quadr. [0,22 × 0,15^m, saec. XV], *fol. 217. ..... f. 143* περὶ προσῳδιῶν [id artis supplementum, quod nos primo loco posuimus]. *f. 144* περὶ τέχνης [supplementum alterum]. *Mox* περὶ γραμματικῆς. Γραμματική ἐστιν ἐμπειρία κ. τ. ἑ. [tota techne hic legitur; quod adicio, quia Bekkerus ultra p 23, 3 lectionem ex Vati-

cano codice profert nullam]. *f. 152* περὶ ποδῶν [supplementum tertium]. Folia 143—151 meum in usum summa diligentia excussit AMau, qui alteram manum correctricem distinxit his locis: 6, 12. 30, 3. 32, 1. 86, 4, sed postea mihi scripsit: *m² sind wohl nur spätere correcturen des ersten schreibers, der nachher das ganze noch einmal durchsah.* certo constabat Mauio ea, quae rubro appicta sunt, scripta non esse ab alia manu. adiectae autem leguntur hoc pigmento inscriptiones, initiales litterae, lectiones discrepantes: vide ad 22, 5. 24, 5. 25, 1. 33, 5. 49, 2. 62, 5.

C. Choeroboscus qui fertur (cod. Paris. 2594. fol. 105r—118v). non ipsam artem exhibet, verum commentariolum ab Hilgardo editum, qui codicem R appellat, equidem σ^R.

F. editio Fabricii (apud nos f).

H. codicis Hamburgensis p. 6—15.

h. eiusdem p. 298—320, quae commentariolum continent (apud nos σ^H).

M. cod. Venet. Marc. 652, quem iam dixi post Villoisonem contulisse Hilgardum ac memet appellare V.

N. Nepho (cod. Paris. 2558 f. 42r.—52v.). ne hic quidem codex ipsam artem habet sed commentariolum. ab Hilgardo significatur P, a me σ^P.

P. Calusianus et Turinensis. de quibus modo dixi.

S. Scholia cod. Vatic. 14. animadvertendum est non eas lectiones, quae ex ipsis interpretum explanationibus hauriri possunt, Bekkerum excerpsisse, sed illa nota significavisse lemmata, quae saepenumero ab interpretationibus valde discrepant, velut BA 819_3.

T. Theodosius cod. Paris. 2063. immo 2603. chartaceus est, $0,21 \times 0,14^m$, saeculi XVI. folia 1—16 continent fragmenta argumenti grammatici, quorum quae leguntur in foliis 13 14 5 6, Dionysii sunt. folium 13^r incipit ab eis quae in nostra editione inveniuntur p 24, 3, folii 14^v extremum verbum est οἷον p 58, 2, subsequens νοῦ invenitur initio folii 5^r, folium 6^v finem grammaticae exhibet. post hunc sequuntur: περὶ μέτρων: ὁ ἴαμβος ἓξ χώρας ἐπιδέχεται. τὰς μὲν οὖν πέντε συγκειμένας ἔχει ἐκ σπονδείου. δακτύλου. καὶ ἀναπαίστου. καὶ χορείου. καὶ ἰάμβου κτλ. (eadem quae leguntur in supplemento tertio p 122, 13—123, 5), deinde de barbarismo et soloecismo expositio. primo folio recto inscriptum est θεοδοσίου. denuo contulit librum MBonnetus.

Addi poterat cod. Paris. 2650, qui fol. 147—150 paraphrasin habet grammaticae Dionysianae verbatim transcriptae.

Cod. Vossianus 76 grammaticae capita habet 13 (γραμματική ἐστιν — τῷ ὀνόματι ὑποβέβληται), *commentariorum magnam partem.* Etiam cetera artis capita in hoc libro inesse primus Elink Sterk docuit in symbolis litterariis doctorum in gymnasiis Batavis tom. VII p 34.

Denique adiciendum Bekkero erat semel proferri in adnotatione critica lectionem codicis Monacensis 310 teste Thierschio.

Ex his autem codicibus et antiquissimi et optimi ei sunt quibus Bekkerus aut nullo aut uno loco utebatur, Monacensis et Leidensis. quod tamen noli putare me dixisse viri immortalis perstringendi causa. immo sic sentio atque omnes, qui anecdota Bekkeriana non interdum evolverunt sed legerunt, mecum sentire scio, non solum paucos artis philologae libros exstare, qui tantam χαλκεντερίαν testententur, verum paucos etiam, qui doctrinam talem ac sagacitatem; exque his ineditis non minus quam ex editorum librorum recensionibus Bekkerianis elucere, quanto intervallo ab eo quem hodie assecuti sumus philologiae graecae gradu distaremus, si Bekkerus his studiis operam non navasset.

Ego vero antequam duorum illorum codicum fidem exploravi, notitiam nactus sum alius vetusti exemplaris, quod Bekkerus plane ignorabat. prope Frascati oppidum situm est monasterium Basilianorum ab S. Nilo decimo saeculo conditum, cui nomen Grottae Ferratae est. in hoc coenobio constat olim permultos codices Graecos exaratos esse (vide Tougardi *Note sur la transcription des manuscrits grecs au couvent de Grotta-Ferrata* in tomo VIII Annalium studiorum graecorum p 441—446); hodie in bybliotheca exstant pauci, inest autem in eorum numero Dionysii exemplar, de quo Curtius Wachsmuth in museo Rhenano a. 1865 p 376 teste Adolpho Kiesslingio nonnulla protulerat. mihi primum Franciscus Ruehlius meus aliquot lectiones excerpsit. cui cum totum librum conferre non liceret, alius amicus hoc munere functus est, rerum palaeographicarum testis locupletissimus, Victor Gardthausenus. denique cum nonnullae tamen, ut fere fit, relinquerentur dubitationes ac ne minima quidem ignorare opus esse videretur, ut quaenam inter singulos codices intercederet ratio definiri posset, Gustavus Loewius meo rogatu exemplar excussit cum pulvisculis orthographicis.

Grottaferratensis (G) has notationes habet: 127 (non 217 ut apud Wachsmuthium legitur) et Z. α. III. membranaceus est in 8, undecimo vel duodecimo saeculo exaratus. continet folia 46, sed in fine mutilus est.

Fol 1r † ΔΙΟΝΥϹΊΟΥ · ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΫ · ΑΡ^χ ΤΩ͂Ν · Ἡ̃ ·
ΜΈΡΟΝ ΤΟΫ ΛΌΓΟΥ : ΠΕΡΙΛΈΞΕΩϹ · ≋

sequuntur in fol 1r—8r med. artis §§ 11—20 (p 22, 4—100, 2) excepta paragrapho 14 περὶ ϲυζυγίαϲ (p 53, 5—59, 10).

Fol 8r med. — 9v ΠΕΡῚ ΠΡΟϹΩΔΙΩ͂Ν. ≋
sequitur supplementum primum (p 105, 1—114, 6).

Fol 9^{v} extr. † ΔΙΟΝΥCΊΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ̃. ΤᾺ ΠΡΟΛΕΓΌΜΕ ΝΑ · ΠΕΡῚ ΤΈΧΝΗC ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗ̃C ≋

sequitur supplementum alterum, quod usque ad initium folii 10^{r} pertinet et excipitur artis paragraphis 1—5 (p 5, 1—8, 6) et 7—10 (p 16, 6—22, 2) in fol 10^{r}—12^{r}. omittitur igitur hoc loco § 6 περὶ cτοιχείου (p 9, 1—16, 5).

Fol 12^{r} med. incipit § 14 ΠΕΡῚ CΥΖΥΓΊΑC, quae terminatur fol 12^{v}.

Fol 12^{v}—13^{v} in. † ΠΩ̃CΥΝΈCΤΗ ῾Ο ἈΛΦΆΒΗΤΟC · ≋

vide infra p XXII, 39.

Fol 13^{v}—15^{r} § 6 ΠΕΡῚ ΤΩ̃Ν $\overline{ΚΔ}$. CΤΟΙΧΕΊΩΝ · ≋

Fol 15^{r}—15^{v} ΤᾺ ὈΝΌΜΑΤΑ · ΤΩ̃Ν $\overline{ΚΔ}$. CΤΟΙΧΕΊΩΝ ≋

vide infra p XXIII, 24.

Fol 15^{v}—16^{r} † ΤΟΥ ῾ΑΓΊΟΥ ΓΡΗΓΟΡΊΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΌΓΟΥ. ἈΛΦΆ ΒΗΤΟC ΤΩ̃Ν $\overline{ΚΔ}$ CΤΟΙΧΊΩΝ · ΔΙΑΪΆΜΒΩΝ ≋

Fol 16^{r}—16^{v} † ΪΓΝΑΤΊΟΥ ΔΙΑΚΌΝΟΥ Κ̈Ϣ ΠΩC. ἈΛΦΆΒΗ ΤΟC ΔΙΑΪΑΜΒΩΝ · ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚῸC ΠΡῸC ΝΈΟΥC·

vide infra p XXII 13 et 17.

Fol 16^{v} extr. nomina litterarum graecarum nuda enumerantur. ῎ΑΛΦΑ ΒΉΤΑ (sic) ΓΆΜΜΑ κτλ. cfr infra p XXIII, 17.

Fol 17^{r} † ἈΝΤΙCΤΟΙΧΆΡΙΝ (sic) ΤΩ̃Ν $\overline{Κ}$ ΤΕCCΆΡΩΝ CΤΟΙΧΕΊΩΝ

Ἀλήθεια	τὸ λη̄ η̄ · τὸ θεῖ διφθόγγω
ἀληθινόc	τὸ λη̄ η̄ · τὸ θῖ ἰῶτα
Ἀλητήριοc	τὸ λη̄ η̄ · τὸ τη̄ η̄ · τὸ ρῖ ἰῶτα
Ἀφῆκεν	τὸ κατέλιπεν · τὸ φη̄ η̄
Ἀφίκετο	τὸ παρεγένετο · τὸ φῖ ἰῶτα
Ἄλλοc ἄνōc	δὶc τὸ λάμβδα · καὶ τὸ λōc μικρόν
Ἄλλωc τὸ ἐπίρρημα	δύο $\overline{λλ}$ · καὶ τὸ λω̃c μέγα

vide infra p XVII, 36. ultima vox, quae describitur fol 46^{v} extr., τύλη est. folia 47 et 48 excisa sunt. Gregorii iambos et quae sequuntur exaravit manus alia, sed eiusdem aevi. recentiori debentur paucae pusillaeque correctiones.

At superant Grottaferratensem vetustate bonitateque Monacensis et Leidensis, quos ut ipse Heidelbergae conferre possem, Halmii et DuRieui liberalitate contigit.

Monacense exemplar (M) Petri Victorii erat, hodie notatur numero 310; ab Hardtio describitur III p 257—260; equidem de eo disputavi in sectione critica et exegetica philologorum qui anno 1879 Augustam Trevirorum convenerant (vide acta illius conventus p 163

—169). membranaceus liber est, huiusce formae 0,16 $\times$ 0,13^{m}. foliis nunc constat 65, sed olim multo plura continebat. paginae singulae in columnas binas divisae sunt praeter fol 6^{r}—14^{r}, ubi ternas in columnas distributae leguntur τύπτω et τίθημι verborum formae. columnae singulae compositae sunt ex vicenis octonis versibus. litterae (praeter pauca folia posteriore demum tempore impleta) ab lineis quae membranis impressae sunt non pendent, sed superpositae illis sunt (vide margines sinistros paginarum tabula photolithographica priore repraesentatarum). quae res testimonio nobis est codicem exaratum esse certe ante saeculum undecimum (Hardtius adscribit nono). nec aliud testantur formae litterarum quas ex simulacro codicis huic editioni adiecto cognoscere licet.

Maiusculae eodem atramento atque minusculae scriptae sunt exceptis foliis 1—15 et 18—21, ubi ad titulos pigmentum adhibitum est coloris et rubro et caeruleo finitimi. eodem pigmento in eisdem foliis initiales exornatae sunt. eodem denique id quoque par exemplorum pictum, quod in inferiore margine folii 20^{v} legitur (v. tab. photol.): ΝЄΟΠΤΟΛЄΜΟC ΠΥΡΡΟC; contra atramento eo, quo verba Dionysii, ʼЄΥЄΙ .. C ΜЄ́ΛΑC et ΔΊΚΟC ʼΑΔΙΚΟC in margine eiusdem paginae scripta sunt.

Haec tria exemplorum paria, sicut tituli omnes, primae manui videntur adscribenda esse; ceterum plures discernendae sunt, etiamsi rationem non habemus correctionum. una exaravit fol 1—42 et fol 45, secunda fol 46—65, tertia fol 43—44. haec posterioris aevi est, item quarta quae in fol 51^{v} ter incepit, semel etiam absolvit precationem latinam *Patris nostri*. sed secundam non solum eidem aetati atque primam, sed coenobii eiusdem monacho tribuerim qui ab folio 46 (vel ab uno eorum quae inter 45 et 46 exciderunt) in fratris locum successerit: nam nihil differt atramentum foliorum 46—65 ab eo quo scripta est maior codicis pars. distinguitur secunda a prima litterarum nonnullarum discrepantia, velut η ι ν sic plerumque exarat: Ju ɩ N.

Correctrices manus in eis paginis, quae fragmenta artis Dionysianae et supplementorum praebent, dignosco duas, quarum altera (M^{2}) atramento fusco fol 18^{r} (p 37, 3) correxit primae manus ὄνομα inque eodem folio (p 39, 1) πνευςτικόν et (p 43, 3) οἷοι; altera (M^{x}) pallido atramento fol 20^{v} (p 35, 4) post ἡμέρα addidit hoc signum ≋ eodemque in margine repetito adiecit θάνατος ζωή. At alias correctiones primae tribuo, velut p 40, 2 cημαῖνον vocis ο litteram in rasura scriptam et p 49, 1 eandem vocalem supra τύπτωμαι verbum positam. nec minus primi calami putaverim ea verba esse quae initio capitis περὶ ποδῶν folii 19^{v} margini inlita sunt characteribus diversis, sed eodem atramento: ουκ αντεβληθη i. e. *ea quae sequuntur conlata non sunt*, scilicet cum archetypo vel alio exemplari.

Iam accipe indicem eorum quae Monacensis exhibet.

Folium quod nunc est primum incipit ab his verbis, quorum atramentum paene totum evanuit, sed mansere sulci: τὰϲ βραχείαϲ καὶ μέϲον μακράν· βραχείοϲ ἐκλήθη ἐπειδὴ οἱ ὕμνοι τῶν διθυραμβοποιῶν πρὸϲ διόνυϲον ἐπὶ τὸ πλεῖϲτον ἐκ τοιούτου μέτρου εἰϲίν· παλιμβάκχειοϲ ὡϲ πρὸϲ τὸ ἀνάπαλιν αὐτῷ τρέχων· χορεῖοϲ ὁ καὶ τρίβραχυϲ ὅτι ἐν χοροῖϲ (cod. χόροιϲ ex χόραιϲ rasura factum) τοιοῦτον μέτρον ἐϲτίν· μολοϲϲὸϲ ἀπὸ μολοϲϲοῦ τοῦ υἱοῦ τύρου καὶ ἀνδροϲ μαχίταϲ· ᾠδὰϲ γὰρ λέγουϲιν ἐν τοιούτῳ μέτρῳ ἐν τῷ ἱερῷ τῆϲ δωδώνηϲ περὶ τὴν ἤπειρον πρὸϲ μνήμην μολοϲϲοῦ ἐκλήθηϲαν ὕϲτερον μολόϲϲια. qui exitus est expositionis de pedum nominibus, quae nonnullis mutatis etiam in tractatu Harleiano ab Gaisfordo post Hephaestionem edito p 322 legitur et ex Monacensi descripta, ut infra videbimus, in codice Leidensi Vossiano quadr. 76 p 78. Ante τὰϲ βραχείαϲ in hoc libro inveniuntur: ἀμφίβραχυϲ ὁ ἔχων ἑκατέρωθεν. pro βραχείοϲ patet scribendum esse βακχεῖοϲ, pro τύρου καὶ ἀνδροϲ μαχίταϲ: Πύρρου καὶ Ἀνδρομάχηϲ· τὰϲ, ante ἐκλήθηϲαν inserendum putaverim αἵπερ conlato tract. Harleiano.

Tum sequitur in eadem pagina et columna

ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ἸΑΜΒΙΚΟΥ͂ ΜΕΤΡΟΥ.

Incipit: Τὸ ἰαμβικὸν μέτρον ἑξάμετρόν ἐϲτιν, διαιρεῖται δὲ εἰϲ δύο. finitur hisce verbis: ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ ἴαμβον καὶ πυρρίχιον. eadem sunt quae leguntur in scholiis rec. Hephaestioneis p 181_{27}—182_{13} Gaisf. 151_{17}—152_{3} Westph., in Anecdotis Chisianis Mangelsdorfii p 24, atque legi etiam in cod. Parisino 1983 (qui saeculo X tribuitur) ex Crameri anecdotis Par. I p 385 conligimus. vide infra p XXV, 1.

Fol 1r col II ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ἩΡΩΪΚΟΥ͂.

Τὸ ἡρωϊκὸν μέτρον καλεῖται μὲν ἔποϲ, διαιρεῖται δὲ εἰϲ πόδαϲ ἕξ, ὧν ὁ τελευταῖόϲ ἐϲτι διϲύλλαβοϲ, οἱ δὲ λοιποὶ ἀδιάφοροι. ποϲότητι μὲν οὖν ἐπιδέχεται πόδαϲ ἕξ, ποιότητι δὲ δύο, ϲπονδεῖον καὶ δάκτυλον. καὶ διαιρεῖται μὲν εἰϲ τομὰϲ καὶ ϲχήματα. ϲχήματα μὲν οὖν ἐπῶν λβ, δεκαϲχημάτιϲτα δύο, πενταϲχημάτιϲτα δύο, μονοϲχημάτιϲτον ἕν. Δεκαϲχημάτιϲτον μὲν οὖν ἔποϲ λέγεται τὸ ἔχον τρεῖϲ δακτύλουϲ. Πενταϲχημάτιϲτον δὲ ἔποϲ ἐϲτὶν τὸ ἔχον τέϲϲαραϲ δακτύλουϲ καὶ ἕνα ϲπονδεῖον, ἢ τὸ ἀνάπαλιν. Μονοϲχημάτιϲτον δέ ἐϲτι τὸ ἔχον ὅλουϲ δακτύλουϲ ἢ ὅλουϲ ϲπονδείουϲ. quibuscum cfr Schol. rec. in Hephaest. 178_{16}—$_{28}$ G. 140_{16}—$_{31}$ W. ac vide infra p XXV, 3.

Εἴδη μέτρων ἐϲτὶν ἐννέα· ἰαμβικόν, ἰωνικὸν ἀπὸ μείζονοϲ, ἀπ' ἐλάϲϲονοϲ (cod. ἀπὸ μεῖζον ἀπ' ἐλάϲϲον), ἀναπαιϲτικόν, παιωνικόν (cod. πιονικόν). ceterae species desunt.

Ἔθη μέτρων (cod. μετρῶν) τρία· τριτομόριον, ἡμίεπεϲ, βουκολικόν. Τριτομόριόν ἐϲτιν ὅτ' ἂν ὁ δεύτεροϲ ποῦϲ (sic) ἀπαρτίζηται (cod. ἀπαρτίζεται) εἰϲ μέροϲ λόγου, οἷον «[οἱ] Τηλέμαχοϲ φίλοϲ υἱὸϲ Ὀδυϲϲῆοϲ θείοιο». (ο 63. 554 alibi. cod. ὀδυϲϲείοϲ θεΐου.) Ἡμίεπεϲ δέ, ὅτ' ἂν

ὁ τρίτος ποῦς ἀπαρτίζηται εἰς μέρος λόγου, οἷον «ἀνδρῶν μνηστήρων. ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσίν» (ω 2. codex εἶχε). Βουκολικὸν δέ ἐστι, ὅτ' ἂν ὁ τέταρτος ποῦς ἀπαρτίζηται εἰς μέρος λόγου, οἷον «Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο» (ω 1. codex κοίλη νηὸς pro Κυλλήνιος). Γένη μέτρων (cod. μετρῶν) εἰσὶ δύο· μονοειδὲς ποῖον; Μονοειδὲς μέν ἐστι τὸ ἐξ ἑνὸς εἴδους συγκείμενον. Ποῖον δέ ἐστι τὸ μικτόν; Τὸ ἐκ διαφόρων εἰδῶν συγκείμενον.

Εἴδη τομῶν δύο, τὸ κατὰ συζυγίαν καὶ τὸ κατὰ πόδα. Κατὰ συζυγίαν μέν ἐστί τινα ἃ τέμνεται, οἷον ⟨τὸ⟩ τροχαϊκόν. τοῦτο γὰρ ἐκ παντὸς τρόπου βούλεται τὴν συζυγίαν ἀπαρτίζειν εἰς μέρος λόγου, οἷον «θάσσων ἢ μέχρι προβαίνω» (lege θᾶσσον. unde sumpta?). Κατὰ δὲ πόδα οἷον τὸ ἡρωϊκόν. ac vide infra p XXV, 5.

Fol 1ᵛ col II subiciuntur praecepta de metro elegiaco. τὸ ἐλεγ⟨ε⟩ιακὸν μέτρον πεντάμετρόν ἐστι· πέντε γὰρ χώρας ἐπιδέχεται· τὰς μὲν οὖν τρεῖς συγκειμένας ἀπὸ δακτύλου καὶ σπονδείου· ἐνίοτε καὶ ἀμφίμακρον καὶ παλιμβάκχειον δέχεται (codex δέται) ἡ πρώτη καὶ δευτέρα χώρα, καθαροὺς μέντοι καὶ ἐν τάξει δακτύλου κειμένους. καθαροὶ δέ εἰσιν, ὅτ' ἂν ἀπαρτίζονται (sic) εἰς μέρος λόγου καὶ ⟨εἰς⟩ φωνῆεν ἢ εἰς συλλαβὴν καθαρὰν λήγουσιν (sic) καὶ τὴν ἑξῆς ἔχουσιν (sic) ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένην, οἷον ἐπὶ μὲν τοῦ ἀμφιμάκρου, ὡς τὸ «οὔ τί μοι αἰτίη ἐσσί» ⟨Γ 146⟩· ἐπὶ δὲ τοῦ παλιμβακχείου, ὡς τὸ «πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης» ⟨α 2⟩. Ἡ δὲ τρίτη χώρα σπονδεῖον μόνον δέχεται, et quae sequuntur in Anecdotis Chisianis Mangelsdorfii p 11 § 6 usque ad ἐπὶ παντὸς μέτρου ἀδιάφορός ἐστιν ἡ τελευταία τοῦ στίχου συλλαβή. Cfr Moschopulus Titzii p 48 Triclinii tractatus Harleianus p 325_1 Scholia rec. in Hephaest. p 199_{14} G. 171_{28} W. ac vide infra p XXV, 7.

Fol 2ʳ col II ΠΕΡῚ ΤΩ͂Ν ἈΝΑΚΡΕΟΝΤΊΩΝ (sic).

Τὰ ἀνακρεόντια ἐπιδέχονται μὲν αὐτῶν οἱ οἶκοι (cod. οἴκοι) ἀνάπαιστον καὶ δύο ἰάμβους καὶ μίαν περιττὴν συλλαβήν, οἷον «ἀπὸ τοῦ λίθρου τὸ ῥεῖθρον» (lege λίθου, v. Bergkii poet. lyr. III³ 1077). τὸ δὲ τούτων κουκούλλιον (sic duabus λ codex) γίνεται ἐξ ἐλάσσονος καὶ μείζονος, τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ πυρριχίου καὶ σπονδείου, οἷον «ἀρετῆς εὐστεφάνου ἄνθεα δρέψας» (vide Matrangam Anecd. I praef. 31 et Bergkium l. l.) «ἁγίων περσιδάμου κόσμον ἀεὶ ὤν» (sic hic versus legitur etiam in Barocciano scholior. Heph. et in codice Augustano de quo Hermannus Elem. doctr. metr. p 488 dicit; κόσμον ἀειών Saibantianus schol. Heph. habet, κόσμου αἴων scribunt Gaisfordus Westphalius Bergkius).

ΣΤΊΧΟΣ ΤΩ͂Ν ἈΝΑΚΡΕΟΝΤΊΩΝ. Ἡ πρώτη χώρα ἀνάπαιστον· ἡ δευτέρα ἴαμβον· ἡ τρίτη ἴαμβον· ἡ τετάρτη ἀδιάφορον· οἷον «ἀπὸ τῆς φίλης ἐρήμου» (initium est odae Sophronii quintae in Maii Spicileg. Roman. IV p 66). Τὸ δὲ κουκούλλιον αὐτοῦ ἡ πρώτη καὶ τρίτη καὶ πέμπτη χώρα πυρρίχιον, ἡ δὲ δευτέρα καὶ τετάρτη καὶ ἕκτη σπονδεῖον

οἷον «Ζαχαρίου μεγάλου πάγκλυτε κοῦρε» (codex κουραι. est versus 17 eiusdem odae). cum his de versibus anacreonteis expositionibus cfr DuCangius in glossario mediae et infim. Graec. s. v. κουκούλλιον, Matrangae Anecd. Graec. I praef. p 31, Mangelsdorfii Anecd. Chisiana p 12—14, Scholia rec. in Heph. 184—185 G. 153—154 W., Pseudodraco p 167, Isaacus Bachmanni Anecd. II p 191—193. ac vide infra p XXV, 10.

Fol 2^{v} col I ΠΕΡῚ ΒΑΡΒΑΡΙΣΜΟΥ̃. est idem tractatus quem Valckenaerius post Ammonium suum p 191—192 ex Leidensi edidit.

Fol 2^{v} col II ΠΕΡῚ ΣΟΛΟΙΚΙΣΜΟΥ̃. apud Valckenaerium p 192 —193.

Fol 3^{r} col I ΠΕΡῚ ΛΈΞΕΩΣ. Λέξις ἐστὶ φωνὴ ἐγγράμματος μέρος λόγου παριστᾶσα· τῶν δὲ λέξεων αἱ μέν εἰσι ποιητικαί, αἱ δὲ κοιναί, αἱ δὲ κατὰ διάλεκτον. διάλεκτοι δέ εἰσι πέντε· ἰάς, ἀτθίς, δωρίς, αἰολίς, κοινή. ab his verbis exorditur in Monacensi is de dialectis tractatus, quem primus Aldus 1496 in Thesauro cornu copiae et Hortis Adonidis fol 235^{r}—236^{v} sic inscriptum edidit: περὶ διαλέκτων ἐκ τῶν Ἰωάννου γραμματικοῦ τεχνικῶν, qua cum editione plerumque consentit codex Baroccianus 116 fol 211^{r} seqq, contra saepenumero discrepat Monacensis (et Leidensis; qui quamquam ex Monacensi fluxit, ut videbimus, tamen praeter illum ad restituendam commentationem adhibendus erit, quia in Monacensi multis locis plane evanuit atramentum). desinunt praecepta de dialectis fol 5^{v} col I extr.


Fol 5^{v} col II incipit TABVLA FLEXIONVM VERBI ΤΎΠΤΩ quam infra p 125—132 edidimus, deinde conspectus formarum verbi τίθημι, quarum ultimae sunt τεθησόμενοι τεθησόμεναι τεθησόμενα. hae leguntur in fol 14^{r} col III. composita autem sunt folia 1—8 in modum quaternionis, item folia 9—16.

Inde ab fol 14^{v} sequitur integer canonum liber Theodosianus (ex quo illae flexiones verbales excerptae erant). col I ΘΕΟΔΟΣΊΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ̃ ἈΛΕΞΑΝΔΡΈΩΣ ΕἸΣΑΓΩΓΙΚΟῚ ΚΑΝΌΝΕΣ ΠΕΡῚ ΚΛΊΣΕΩΣ ὈΝΟΜΆΤΩΝ = BA III 975.

Quaternionis tertii folium primum sic incipit: ἡρακλεέοιν ἡρακλέοιν = BA 980_{6}. Fol 17^{v} col II finitur his verbis: τὰ εἰς ευς λήγοντα διά. exitus vero huius enuntiati, qui est τοῦ εος κλίνεται, separatur nunc ab initio quattuor foliis interpositis.

Fol 18 enim continet hanc ARTIS DIONYSIANAE particulam: μον δέ ἐστιν ὀνόματα δύο (p 37, 3) — ἑνικὸς μὲν οἷον τύπτω (p 51, 2). Fol 19 finem technes praebet inde ab ὥσπερ ἤϋτε (79, 2), deinde SVPPLEMENTVM TERTIVM περὶ ποδῶν usque ad ἴαμβος ἐκ βραχείας (p 118, 2). Fol 20, cuius paginam alteram tabula photolithographica repraesentatam habes, exhibet τύποι δὲ αὐτοῦ εἰσι (p 28, 4) — Διώνυ (p 37, 3). In fol 21 denique, cuius priorem paginam in tabula

adiecta videre licet, continuatur supplementum tertium ab καὶ μακρᾶc — ἀμφίμακροc ὡc τὸ οὔτι (p 122, 7). Quae folia non solum in alienum locum inrepsisse patet, sed etiam ipsorum ordinem perversum esse, pristinum fuisse hunc: 20 18 19 21. deinde certum est inter 18 et 19 excidisse foliorum par, quod artis Dionysianae p 51, 3—79, 2 ὥcπερ exhibebat: haec enim technes pars idem fere spatium poscit atque ea quae in foliis 20 et 18 perscripta est. nec dubitabis quin etiam ante 20 et post 21 interciderint folia duo inter sese cohaerentia. hunc autem quaternionem



cum reliquis, qui artem et supplementa continebant, antecessisse olim ei, qui nunc primus est, vel inde apparet, quod in foliis 18—21 ad titulos et initiales litteras idem pigmentum librarius adhibebat, quo in foliis 1—15 usus est sed neque in 16 aut 17 neque post 21 folium.

Inde ab fol 22^{r} col I—42^{v} continuantur canones Theodosiani, ab τοῦ εοc κλίνεται BA 982_{13} usque ad τετύφαται 1021_{14}, quod verbum legitur in media columna II: reliqua columnae pars relicta est vacua. tertius quaternio in fol 28^{v} sic exit: τὴν μητέρα ὦ μῆτερ = 996_{23}. quarti vox extrema (fol 36^{v}) est γενικῆc = BA 1011_{24}. — quinti quaternionis, qui folia 37—44 complectitur, ultima duo easdem lineas atque cetera impressas habent, nihil vero ibi exaravit manus prima. at posterior spatio usa est ad perscribendam dissertationem περὶ ἀκυρολογίαc, quam eandem sub Herodiani nomine Boissonadus in Anecdotorum suorum tomo III p 262 seqq ex codicibus Parisinis 2551 et 2929 edidit. qui libri modo plus quam Monacensis modo minus exhibent. in fine folii 44^{v} col II praecipitur quid intersit inter ὅλοc et πᾶc.

Fol 45^{r} litteris maiusc. τὰ διὰ τοῦ ο̄ γραφόμενα ἐπὶ γενικῆc αἰτιατικῆc καὶ δοτικῆc καὶ κλητικῆc ἑνικῶν τε καὶ πληθυντικῶν καὶ αἰτίαι αὐτῶν. primum exemplum est ἄγνων ἄγνονοc (sic), alterum ἀγνώμων ἀγνώμονοc; ultimum ὑγιαίνων ὑγιαίνοντοc ὁμοίωc τοῦ αὐξάνων, quae in extremo fol 45^{v} leguntur. cohaeret autem hoc folium neque cum antecedentium ullo neque cum sequentium. vide infra p XXVIII, 27.

Contra inter se cohaerent 46 et 51, 47 et 50, 48 et 49. Fol 46^{r}: cὺν θεῷ ἀντιcτοιχικὸν ὑπὸ ἀλφάβιτ̄, cuius lexici primi versus quinque evanuere paene toti, deinde haece legimus: ἄλλοc ἄνθρωποc· δὶc τὸ λάμδα καὶ τὸ λο̄c̄ μικρόν et ἄλλωc τὸ ἐπίρρημα· δύο λ̄λ̄ καὶ τὸ λω̄c̄ μέγα (cfr supra p XII, 27 Grottaferratensis fol 17^{r}). ultima α litterae vox ἀρτοποιεῖον est: τὸ π̄ο̄ῑ καὶ τὸ ε̄ῑ δίφθογγον. haec inveniuntur in fol 48^{v} col II med., cuius columnae reliqua pars relicta

vacua. Fol 49ʳ ab his orditur: γεραιός· τὸ γε ψιλὸν τὸ ραι δίφθογγον. ergo desunt voces a β incipientes. quae tamen olim exstitisse putandae sunt in foliorum pari quod inter 48 et 49 intercidit. Vltima γ litterae vox γλίcχρον est quae in fol 49ʳ col II med. legitur, tum (rursus dimidia columna vacua relicta) in fol 49ᵛ sequitur: δόc καὶ δότε· τὸ δο μικρόν. pertinet autem δ littera usque ad finem folii 51ʳ col I, ubi haec habemus: δικαίωμα· τὸ ω μέγα καὶ τὸ δι ψιλόν, atque aliquot voces nudas, ad quas librarius praetermisit addere descriptionem orthographicam: δίκαιος δικαιοσύνη διαίρεσις δικασταῖος (sic) δευτεραῖος διαβαίνειν δεκαταῖος δράκαινα. columna II eiusdem paginae tota vacua. item in fol 51ᵛ prima quidem manus litteram scripsit nullam, sed impletum est, ut iam dixi, latina precatione *Patris nostri.*

In eo quaternione, qui fol 52—59 complectitur, invenitur posterior pars commentarioli artis Dionysianae ab Hilgardo editi inde ab φοις πολυώνυμα λέγονται p 35_{27} H. usque ad σημαίνουσιν δὲ ὕπαρξιν μετὰ τάξεως p 45_{19}.

Fol 60—65 denique praebent commentationem theologicam, sed huius quoque desunt et initium et exitus. prima verba sunt: μενα κατὰ τὸν ὅλον λόγον κάλλιστά τε καὶ θεοπρεπέστατα γίνεσθαι καὶ ὡς οὐκ' ἔνι κρείττω γίνεσθαι. ἀνάγκη γὰρ τὸν αὐτὸν εἶναι ποιητὴν τῶν ὄντων καὶ προνοητήν. οὔτε γὰρ πρέπον οὔτε ἀκόλουθον ἄλλον μὲν ποιητὴν εἶναι τῶν ὄντων, ἄλλον δὲ προνοητήν. extrema: ὢν γὰρ φύσει τέλειος θεὸς γέγονε φύσει τέλειος ἄνθρωπος ὁ αὐτός, οὐ τραπεὶς τὴν φύσιν, οὐδὲ φαντάσας τὴν οἰκονομίαν ἀλλὰ τῇ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου ληφθείσῃ λογικῶς τε καὶ. fragmentum hic habemus libri Ioannis Damasceni*), qui inscribitur ἔκδοσις ἀκριβὴς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. continet capitis XLIII partem extremam, capita XLIV et XLV integra, capitis XLVI principium: I p 196 A 6 —205 B 6 editionis Lequienianae. antecedunt haec: εἰ δὲ θεοῦ βούλησίς ἐστιν ἡ πρόνοια, πᾶσα ἀνάγκη πάντα τὰ τῇ προνοίᾳ γινό. subsequuntur: νοερῶς ἐψυχωμένῃ σαρκὶ καὶ ἐν αὐτῷ τὸ εἶναι λαχούσῃ. postremum totius libri caput est centesimum: περὶ ἀναστάσεως, p 300—304 Leq.

Ex hac descriptione miserrime mutilatum κειμήλιον Monacense in manus nostras pervenisse satis intellegitur, sed etiam magis res aperta aliunde est. etenim medio in dextro margine folii 37ʳ adscriptum conspicimus ΙΕ̂, eodem loco folii 45ʳ ΙΗ̂. quos numeros indicare patet ab his foliis olim incepisse quaterniones 15 et 18. ergo ei folio, quod nunc primum est, antecessere quaterniones decem**). in quibus

---

*) huius scripta ut pervestigarem, suasit Guilelmus Gassius, Byzantiorum theologiae scrutator hodie facile princeps.

**) nam in quaterniones complicatas fuisse omnes codicis membranas simillimum certe veri est.

quae praeter artem Dionysianam et supplementum tertium olim lecta sint, ex codice Leidensi cognoscemus. sed ad huius descriptionem antequam pergamus, aptum erit paucis comprehendere quae de Monacensi exemplari hucusque exposuimus, adiectis nonnullis quae hinc coniectura conligi possunt.

Quat. I—X interiere praeter quattuor folia, quae fragmenta technes et supplementi metrici praebent (nunc fol 18—21).

Quat. XI integer est: exhibet alia metrica, commentationes de barbarismo soloecismo dialectis, initium conspectus formarum verbi τύπτω (nunc fol 1—8).

Quat. XII integer: habet reliquam partem illius conspectus et tabulam flexionum verbi τίθημι, deinde principium canonum nominalium Theodosianorum (nunc fol 9—16).

Quat. XIII integer: continuantur canones nominales (nunc fol 17 et 22—28).

Quat. XIV integer: absolvuntur nominales regulae, incohantur eiusdem Theodosii verbales (nunc fol 29—36).

Quat. XV integer: continuati, sed non absoluti canones verbales sunt, quamquam duorum foliorum spatium reliquum erat (nunc fol 37—44).

Quat. XVI et XVII perierunt.

Quat. XVIII excepto folio primo periit, quod initium praeceptorum de flectendis nominibus in ων desinentibus exhibet (hodie fol 45).

Restant quaterniones duo mutili, unus integer ab alia eiusdem aevi manu scripti. quorum primo deest intimum foliorum par: continet is primam partem lexici orthographici (hodie fol 46—51). alter quaternio, qui plenum foliorum numerum habet, posteriorem partem commentarioli artem Dionysianam explanantis, excepto exitu, praebet (nunc fol 52—59). tertius, qui nunc primo folio et ultimo caret, exhibet particulam libri Ioannis Damasceni (fol 60—65). Et ante quaternionem integrum et post eum intercidere quaterniones plures. etiam post extremum codicis folium plures videntur periisse.

Leidensis codex (L) est Vossianorum graecorum quadratae formae septuagesimus sextus (vide Catalogum Biblioth. Lugduno-Batavae p 399). laudatur ab Valckenaerio in praef. ad Ammonium p XI et in animadvers. p 228, a PBurmanno ad Valesii librum de re critica I p 145, ab Koenio ad Gregorium Corinthium p 301. quarum bybliothecarum olim fuerit, indicant haec verba in altero foliorum a bybliopego praefixorum: *iste liber artis grammatice est katedralis ecclesie lugdunensis*, deinde alia manu: *nunc Alexandri Petavii senatoris a consiliis secretis Pauli filii anno 1647* (nam sic litterae partim evanidae videntur legendae esse).

Constat liber foliis membranaceis 168*) huiusce formae 0,19 × 0,14 m. paginis singulis numeri inscripti sunt partim tempore recentissimo; foliorum numeri adiecti sunt ipsi quoque a diversis manibus in his paginis: 5 in 9, 10 in 19, 15 in 29, 20 in 39, 25 in 49, 30 in 59, 35 in 67, 40 in 77, 45 in 87, 50 in 97, 57 in 111, 60 in 117, 67 in 135, 70 in 137, 70 (a recentissima manu) in 139, 75 in 147, 90 (pro 80) in 157, 85 (a recentissima, sicut reliqui numeri omnes) in 169, 90 in 179, 95 in 189, 100 in 199, 110 in 219, 120 in 241, 126 in 253, 130 in 261, 136 in 275, 140 in 283, 145 in 293, 150 in 303, 155 in 313, 160 in 323, 162 in 327, 165 in 335. cave autem ne quid de priore codicis ambitu ex his foliorum numeris conligas: nam ubi paginarum et foliorum numerationes inter se dissentiunt, ex erroribus eorum, qui folia numeraverunt, repetenda discrepantia est. nec magis ex eis, quae in extrema p 335 leguntur: ἔχει ἡ βίβλος αὕτη ρξθ φύλλα, concludere licet unum folium excidisse. immo huius codicis foliorum numerum habemus integrum. quam ad rem probandam hae quoque notae faciunt in inferioribus marginibus a prima manu, ut videtur, additae: Α̂ in p 1, Η̂ in p 113, Θ̂ in p 129, Ι̅ in p 141, ΙΑ̂ in p 157, ΙΓ̂ in p 189, ΙΔ̂ in p 209, ΙΕ̂ in p 225, ΙΖ̂ in p 257, ΙΘ̂ in p 289, Κ́ in p 309. quibus numeris principia compagium foliorum significantur. etenim ita complicata folia sunt, ut antecedant I—IV. quaterniones quattuor, sequatur V. ternio (65—76 complectens), deinde VI. quinio (p 77—96), VII VIII. quaterniones duo (p 97—112. 113—128), IX. ternio (p 129—140), X—XII. quaterniones tres (p 141—156, 157—172, 173—188), XIII. quinio p 189—208, XIV—XVIII. quaterniones quinque (p 209. 225. 241. 257. 273), XIX. quinio (p 289), XX. quaternio (p 309), XXI. ternio (p 325—336). nec defuere olim, opinor, in p 17 33 49 65 77 97 173 241 273 325 compagium numeri, sed partim detriti manibus lectorum, partim consulto deleti sunt ab eis, qui inferiores paginarum margines scriptura impleturi erant.

Paginae 1—76 in binas columnas divisae; hinc scriptura est continua praeter p 95—110, ubi τύπτω et τίθημι verborum flexiones in quaternas columnas dispositae leguntur, et p 117, in qua Theodosiana paradigmata Ἡρακλέης et Ἡρακλῆς in tres series divisa invenis, et p 119 tripartitam, quae initium commentationis theologicae a recentiore manu scriptae exhibet.

Manum unam quin quae in hoc codice a principio inerant omnia (exceptis duobus parvi ambitus locis, de quibus vide p XXIX 1 et 9) exaravisse censeamus, litterarum ductus non impediunt, sed patet,

*) exceptis eis quae praemisit et subiecit bybliopegus.

si una erat, interdum eam calamos mutasse aut acuisse (velut p 56 et 109), interdum etiam atramentum novasse aut permiscuisse (velut postquam pervenit ad mediam columnam I paginae 62). characteres cognoscere licet ex tabula altera photolithographa. ab Monacensis characteribus cum alioqui tum hac re differunt, quod minusculis litteris intermixtae sunt maiusculae (e. g. in paginae 59 columnae I linea 9 habes ΔЄ̀, cum in lineis 7 et 11 eadem vox minusculis exarata legatur). quae res non tam vetustius, ut olim credebatur, quam recentius aevum indicat. neque superpositae litterae lineis sunt, quam vetustatis notam Monacensis habet, sed de lineis dependent. at infra undecimum saeculum exemplar non detruserim.

Ab eadem manu repetenda sunt etiam additamenta nonnulla maiusculis in margine adiecta (cfr in tab. phot. alterius paginae marginem dextrum cum eis quae adnotavi ad p 37, 3 et 38, 1) et correctiones aliquot (velut p 39, 1).

Alia vero multa liber a manibus accepit recentioribus. una (L^2) fusco atramento, quod tamen nonnusquam in flaviorem colorem transiit, saepissime non solum accentus et spiritus et litteras mutavit aut addidit, sed etiam voces modo singulas modo plures inter lineas vel in marginibus adscripsit: id quod fecit hic corrector partim certe conlato alio codice, qui cognatus Grottaferratensi erat (vide e. g. p 12, 2. 15, 3. 16, 1)*); ipsi videntur deberi correctiones signorum prosodiacorum, sed aliae perpaucae. — alter diorthota (L^3) flavo atramento adiecit in margine verba aliquot, quae L^1 non exaravit, exhibent codices deteriores: p 10, 1. 13, 5. 14, 1 et 2. 61, 2—3. 75, 3. — L^4 redintegravit ductus evanidos primae aut alterius manus p 59, 4—9. 60, 2—4. 66, 3 – 67, 1. 68, 4. — saepius vero, praesertim ubi litterae detritae sunt, dici nequit, alteramne ad manum an ad tertiam correctio referenda sit an forte quintae manui debeatur. quibus locis hac nota usi sumus: L^x.

Sed non modo litterae et verba singula ab recentioribus manibus addita sunt, verum et margines multi et eae paginae, quae a prima manu vacuae relictae erant, quia archetypi scriptura his locis evanuerat, explanationibus plerumque theologicis impletae.

Rubri pigmenti species duae inveniuntur, quarum una miniacea est. hunc colorem p 236—254 in subscriptione, titulis quattuor, nonnullis initialibus, accentibus, interpunctionibus conspicimus. alterius pigmenti rubor tempore in badium colorem mutatus est. hoc initiales et ornamenta e. g. in p 1. 10. 28. 47 expicta sunt.

Complectitur autem thesaurus Leidensis haece scripta: pag 1 col I — pag 7 col II

*) non ipso Grottaferratensi usum esse probant p 26, 7 (ἐμπεπτωκός) et 76, 4 (ἃ βάλαι), nisi forte his locis adhibuit exemplar tertium.

ΤΟΥ̃ ʽΑΓΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ
ΤΟΥ̃ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΑΚΡΟ$\overset{\text{xx}}{\text{CT}}$
Τ̂ ΠἈΝΤѠΝ CΤΟΙΧΕΙѠΝ
ЄΚἈCΤΟΥ ἸΑΜΒΟΥ ΤЄ
ΛЄΙΑΝ ΠΑΡΑΙΝЄCΙΝ Є
ΧΟΝΤΟC

litterae punctis instructae certo legi nequeunt. sequuntur Nazianzeni acrosticha alphabetica adhortativa quae in editione Caillaui (in tomo altero editionis Benedictinorum) p 582—584 invenis. primum est Ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποιοῦ θεόν, ultimum Ὦ τὶς (sic) φυλάξει ταῦτα καὶ cωθήcεται. singulis trimetris maiusculo litterarum genere exaratis subiciuntur explanationes perbreves minusculis scriptae.

Pag 8 col I litt. mai.: τοῦ αὐτοῦ ἕτερος ἀλφάβητος. sunt eadem viginti quattuor acrosticha exhortativa quae Grottaferratensis fol 15^v—16^r praebet. incipiunt ab hoc versu Ἀρχὴν νόμιζε τῶν ὅλων εἶναι θεόν, finem facit Ὦ παῖ, φυλάccων ταῦτα cώζῃ ἐνθέωc.

Pag 9 col I ʼΙΓΝΑΤΙΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΥ ΚѠΝCΤΑΝΤΙΝΟΥ ΠΟΛЄѠC ʼΑΛΦΑΒΗΤΟC ΔΙʼ ʼΙΑΜΒѠΝ ΠΑΡΑΙΝЄΤΙΚῸC ΠΡῸC ΝЄΟΥC (urbis nomen compendio solito) = Grottaferratensis fol 16^r—16^v. primus versus Ἄκουcον, ὦ παῖ, τῆc ἐμῆc cυμβουλίαc, ultimi tres: Χριcτὸν δὲ τοῖc coῖc ἔνδον ἐν cτέρνοιc φέρων Ψυχὴν κράτυνε πρὸc πόνουc μαθημάτων, Ὡc ἂν δι᾽ αὐτῶν καὶ τύχοιc cωτηρίαc. alterum Gregorii alphabetum et (sit venia verbo) poema Ignatii quod sciam edita nondum sunt. leguntur etiam in codice Pii II n. 47 membranaceo saeculi XII, fol 1^v et 2^r. vide codicum Pianorum in bybl. Alexandrino-Vaticanam translatorum catalogum ab LDuchesnio confectum et vulgatum anno 1880 fasc. XIII huius libri *Bibliothèque des Écoles francaises d'Athènes et de Rome.*

Pag 10 col II ΓΈΝΟC ΔΙΟΝΥCΙΟΥ ΤΟΥ̃ ΘΡΑΚῸC ΤΟΥ̃ ΤῊΝ ΤΈΧΝΗΝ CΥΓΓΡΑΨΑΜΈΝΟΥ. inc.: Διονύcιοc ὁ θρᾶξ ὁ τὴν τέχνην cυγγραψάμενοc τὴν γραμματικὴν τὸ μὲν γένοc ἦν βυζάντιοc· ἐκαλεῖτο δὲ θρᾶιξ τῷ μείζονι κοcμούμενοc τῆc χώραc ὀνόματι. desin.: καὶ οὕτω κατ᾽ ὀλίγον οἱ τῆc τέχνηc ἁπτόμενοι τὰ ὁδηγοῦντα προοίμια τῶν κανόνων μανθάνουcιν. excerpta sunt ex prolegomenis maioribus a Bekkero e Vaticano 14 et Hamburgensi editis, BA 723$_{13}$—724$_7$. separatim leguntur illo titulo praefixo etiam in Barocciano 116 fol 42^v Marciano 652 fol 156^r Vaticano Palatino 70 fol 233^r Ambrosiano C 69 super. fol 233^r.

Pag 12 col II ΠѠ̃C CΥΝЄCΤΗ ʽΟ ʼΑΛΦΑΒΗΤΟC = Grottaferrat. fol 12^v—13^v. incip.: Πρῶτον μὲν τῶν παρ᾽ ἕλληcι cτιχείων (παρὰ

τοῖς ἕλλησι στοιχείων G) τὴν εἰσαγωγὴν ἀπὸ τοῦ ἄλεφ ἑβραίου πρώτου στοιχείου ὃ ἑρμηνεύεται μάθησις ἐντελλομένη τῶι εἰσαγομένωι παιδίωι καὶ λέγουσα μάθε ἀφ' οὗ ἄλεφ καὶ αὐτοὶ μιμησάμενοι τὸ ἄλφα κεκλήκασι. desin.: ὅθεν μιμησάμενος ὅμηρος τὸν ἀριθμὸν τῶν εἰκοσιδύο βιβλίων τῶν παρ' ἑβραίων (ἑβραίοις G) εἰς τὸν τῶν εἰκοσιδύο στοιχείων τυποθέντα (τυπωθέντα G) ἀριθμὸν καὶ αὐτὸς τὴν ἰδίαν ποίησιν τῆς ἰλιάδος τῶν κδ ῥαψωδιῶν διά τῶν κδ στοιχείων ἐποίησεν· οὕτως δὲ καὶ τὴν ὀδύσσειαν. hunc tractatum publici iuris fecit Villoiso Anecd. II 187 seq ex Marciano 489, qui in primis enuntiatis aliquanto discrepat ab Leidensi et Grottaferratensi. cum Marciano conspirat Burbonicus II D 4 (N). eadem expositio legitur in Parisinis 2553. 2555 (unde eam Goettlingius Theodosii sui p 1—2_{14} edidit), in Hamburgensi p 295 Barocc. 116 fol 42^v Marciano 652 fol 156^v Palatino 70 fol 233^r Pii II codice 47 fol 2^v, ac teste Wachsmuthio mus. Rhenan. 1865 p 376 in Laurentiano plut. LVII 24 fol 45^v et Ambrosiano C 69 super. fol 233^r. Denique cfr epitomae ab Egenolffo editae cap. I (in Titzii Moschopulo p 17).

Pag 15 col I οὕτω δεῖ γράφειν καὶ τονοῦν τὰ τῶν Ἑλλήνων στοιχεῖα· ἄλφα. βῆτα. γάμμα. δέλτα. ἒ (hoc rasura factum ex ει). ζῆτα. ἦτα. θῆτα. ἰῶτα. κάππα (sic). λάμδα (sic). μῦ. νῦ. ξῖ. οὖ. πῖ. ῥῶ. σίγμα. ταῦ. ῦ. φῖ. χῖ. ψῖ. ὦ. eadem inveniuntur in Barocc. 116 fol 43^v Marciano 652 fol 158^r Palatino 70 fol 235^r Pii II codice 47 fol 3^v Hamburgensi p 4, atque etiam in Grottaferratensi fol 16^v extr., nisi quod hic οὕτω δεῖ — στοιχεῖα non praemittuntur.

Pag 15 col II ΤΑ ᾿ΟΝΟΜΑΤΑ ΤΩΝ ΕἸΚΟΣΙΤΕΣΣΑΡΩΝ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ = Grottaferr. fol 15^r—15^v. inc.: Α. φωνῆεν δίχρονον προτακτικὸν τοῦ ῑ καὶ ῡ. desin.: Ω φωνῆεν μακρὸν προτακτικὸν ἀντιστοιχοῦν τοῦ ο̄ (τῶι ο̄ L^2). eadem habent Theodosius Goettlingii 13_{27}—14_{27} atque epitoma ab Egenolffo edita 3_{11}—4_{25}. atque etiam in Hamburgensi p 4 Barocciano 68 fol 79^v Ambrosiano C 69 sup. fol 239^v eadem inveni.

Pag 17 col I—20 I SVPPLEMENTVM PRIMVM legitur.

Pag 20 col I med. — extr. SVPPLEMENTVM SECVNDVM.

Pag 20 col II—28 I DIONYSII ARTIS §§ 1—11.

Pag 28 col II haec exarata sunt litteris maiusculis: ἰστέον δὲ ὅτι τὰ προστακτικὰ διὰ τοῦ ε̄ γράφεται· σεσημείωται δὲ τὰ γ̄ ταῦτα πρόσωπα (sic) ἤγου (sic) τὸ ξ̄ καὶ τὸ σ̄ καὶ τὸ ψ̄· οἷον εὖξαι (sic)· γράψαι· ῥῦσαι· περιζῶσαι· ὑπόδησαι· τὸ δὲ ἐπιφερόμενον δύο σσ διὰ τοῦ ε̄ γράφεται· οἷον νύσσε· πρόστασσε. cfr infra ad editionis nostrae p 128 III 3.

Pag 28 col II ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ ΣΥΝ ΘΩ ΤΗΣ ΤΕΧΝΗΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. sequuntur eadem quae in Goettlingii Theodosio leguntur p 49_{26}—50_4, tum similia eorum quae Bekkerus p 1137 ex Hamburg. et Marciano 652 edidit, deinde ea quae B A p 722_{11}—723_9 inveniuntur. Incipiunt: μέλλοντες ἐξηγεῖσθαι τὴν προκειμένην τέχνην ἀναγκαῖον οἰόμεθα.

Pag 32 col II ΠЄΡΙ ῞ΟΡΟΥ. est eadem expositio quam Baroccianus 116 fol 41^{r} Marcianus 652 fol 174^{r} Hamburgensis p 289 sub hoc titulo Θεοδοcίου περὶ ὅρου exhibent. incipit ab his verbis: ὅροc ἐcτὶ λόγοc καθολικὸc περιέχων τὰ περιεχόμενα, finitur hisce: καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῆc τέχνηc λέγειν ἐπεχειρήcαμεν· τὴν δὲ γραμματικὴν οἱ ὀρθῶc ὁριζόμενοι τοῦτον ὁρίζονται τὸν τρόπον. insunt ea quae in Goettlingii Theodosio 50_{9} (cύcτημα γάρ ἐcτι) $—_{22}$ (κακοτεχνία) leguntur.

Pag 34 col II ʽΟΡΙCΜῸC ΤЄ́ΧΝΗC ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗ͂C. qui tractatus cum antecedenti arte cohaerens ipse quoque in Barocc. Marc. Hamb. invenitur. Inc.: γραμματική ἐcτι τέχνη ἕξιc θεωρητικὴ καὶ πρακτικὴ τῶν παρὰ ποιηταῖc τε καὶ cυγγραφεῦcιν. desin.: ἀρχόμενοc τοίνυν ὁ Διονύcιοc τῆc γραμματικῆc ὁρίζεται αὐτὴν ὥcπερ ἔχει τὸ βιβλίον. vulgavit non nulla Preller progr. Dorp. 1840 I p 24—26. partim consentit Theodosius Goettlingii 54_{13}—55_{31}.

Pag 39 col I ʽЄΤЄ́ΡΩC ΤᾺ ΠΡΟΛЄΓΌΜЄΝΑ. in eisdem codicibus. Inc.: νόμον ἴδιον ἐνόμιcαν οἱ παλαιοὶ διὰ τῆc τῶν λόγων ἐξετάcεωc ἀποκαθαίρειν τὸ διδακτὸν τῆc περὶ αὐτὸ ψευδολογίαc καὶ περιττότητοc. desin.: ἐπεὶ τοίνυν δεῖ τὸν γραμματικὸν παντὸc ἅπτεcθαι λογικοῦ ἐπιτηδεύματοc καὶ πάντα ἐξηγεῖcθαι τῇ cυντάξει, οὐ μὴν τῇ θεωρίᾳ, τούτου ἕνεκεν γραμματικὴν αὐτὴν ἐκάλεcεν.

Pag 47 col II ΠΡΟΛЄΓΌΜЄΝΑ ΤΗ͂C ΤЄ́ΧΝΗC ΔΙΌΝΥCΊΟΥ. Barocc. fol 43^{r} Hamb. p 2. Inc.: ἡ τέχνη πρᾶγμα χρειωδέcτατον τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων. desin.: οὐκέτι ὑγιὴc ἔcται ὁ ὅροc, ὥcτε ἡ ἀναcτροφὴ ὑγεία ἐcτὶν ὅρου.

Pag 50 col I ʽΟΡΙCΜῸC ΤЄ́ΧΝΗC ΚΑῚ ʽЄΡΜΗΝЄΙ͂ΑΙ. Barocc. fol 43^{r} Hamb. p 3. Inc.: ὁριcώμεθα οὖν τὴν τέχνην, μαθόντεc τί ἐcτιν ὅροc καὶ τί ὑγεία ὅρου. desin.: οὕτωc οὖν τέχνη ἡ γραμματική, τὸ δὲ τέλοc χρειῶδεc ἔχει τῷ βίῳ· λόγου γὰρ εὑρετήc, δι' οὗ πᾶc ὁ βίοc καὶ τὰ ὁρώμενα τέλοc ἐδέξατο.

Pag 54 col I med. ʼΑΡΧΗ͂ ΤΩ͂Ν Η̄ ΜЄΡΩ͂Ν ΤΟΥ͂ ΛΌΓΟΥ. sequuntur artis §§ 12—20.

Pag 71 col II Π̄ (ε) ΠΟΔΩ͂Ν. est SVPPLEMENTVM TERTIVM (p 117, 4 ed. nostrae). περὶ τοῦ ἡρωϊκοῦ μέτρου expositio (p 121, 10 ed. n.) incipit p 75 col II. ὁ ἴαμβοc ἐξ χώραc ἐπιδέχεται (p 122, 12 ed. n.) leguntur in p 76 col II, τομαί εἰcι τέccαρεc (p 123, 6 ed. n.) in p 77 med. Haec pagina est earum prima in quibus librarius non dispertivit verba in columnas.

Pag 78 post illud distichon, quod infra habes in adnotatione ad p 124, 4, ea de pedum nominibus expositio legitur, cuius exitus in primis Monacensis codicis lineis invenitur, v. supra p XIV, 3. legi eam etiam in Pii II cod. 47 fol 36 idque sub Dionysii Thracis nomine cognoscimus ex Duchesnii catalogo supra laudato.

Pag 80 med. ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ᾿ΙΑΜΒΙΚΟΥ͂ ΜΕ΄ΤΡΟΥ = Mon. fol 1^r col I—II, vide supra p XIV, 19.

Pag 80 extr. ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ῾ΗΡΩΪΚΟΥ͂ ΜΕ΄ΤΡΟΥ = Mon. fol 1^r col II, vide supra p XIV, 26.

Pag 81 med. εἴδη μέτρων ἐϲτὶν ἐννέα — κατὰ δὲ πόδα οἷον τὸ ἡρωϊκόν = Mon. fol 1^r col I—II, v. supra p XIV, 37.

Pag 82 extr. τὸ ἐλεγιακὸν μέτρον πεντάμετρόν ἐϲτιν — ἐπὶ παντὸϲ μέτρου ἀδιάφορόν ἐϲτιν ἡ τελευταία ϲυλλαβή = Mon. fol 1^v col II — 2^r col II, v. supra p XV, 13.

Pag 84 med. ΠΕΡῚ ΤΩ͂Ν ᾿ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΙ΄ΩΝ et p 84 extr. ϹΤΙ΄ΧΟϹ ΤΩ͂Ν ᾿ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΙ΄ΩΝ = Mon. fol 2^r col II—2^v col I, v. supra p XV, 27.

Pag 85 ΠΕΡῚ ΒΑΡΒΑΡΙϹΜΟΥ͂ = Mon. 2^v I, v. supra p XVI, 7.

Pag 85 extr. ΠΕΡῚ ϹΟΛΟΙΚΙϹΜΟΥ͂ = Mon. 2^v II, v. p XVI, 9.

Pag 86 extr. ΠΕΡῚ ΛΕ΄ΞΕΩϹ = Mon. 3^r I, v. p XVI, 11.

Pag 87 ΠΕΡῚ ΔΙΑΛΕ΄ΚΤΩΝ = Mon. 3^r II — 5^v I, v. p XVI, 13.

Pag 95 tabula flexionum verbi τύπτω (SVPPLEMENTVM QVARTVM) et verbi τίθημι = Mon. 5^v II — 14^r III.

Pag 111 incipiunt ΘΕΟΔΟϹΙ΄ΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ͂ ᾿ΑΛΕΞΑΝΔΡΕ΄ΩϹ ΕἸϹΑΓΩΓΙΚΟῚ ΚΑΝΟ΄ΝΕϹ ΠΕΡῚ ΚΛΙ΄ϹΕΩϹ ᾿ΟΝΟΜΑ΄ΤΩΝ = Mon. 14^v I.

Pag 118 extr. leguntur haec canonum nominalium verba: καὶ ἐν ϲυναιρέϲει ὄφι. τὸν ὄφιν, quae BA p 981_{16} et Mon. fol 17^v in. exhibent. sed quae apud Bekkerum et in Monacensi post illa verba subsequuntur, ea nec in p 119 aut 120 reperire licet, quae impletae sunt commentatione theologica a m. rec., nec in p 121, quae haec ab initio habet: τῷ λόγῳ τῆϲ εὐθείαϲ = BA p 982_{30} et Mon. fol 22^r (vide de Monacensis foliis 18—21 supra p XVI, 36 sqq). ergo desunt in L ἡ μὲν ἀναλογία BA 981_{16} — αἱ αἰτιατικαί 982_{29}. cuius iacturae causa patet. scilicet quod nunc Leidensis folium sexagesimum (p 119/120) numeratur, non a principio hic fuit, sed substitutum est pro pristino folio, quod excisum est. hoc cohaeserat cum folio sexagesimo primo (p 121/122) exhibueratque ea quae nunc desiderantur.

Pag 121—172 invenitur Theodosii canonum nominalium et verbalium ea pars quae apud Bekkerum 982_{30} — 1021_{14} (᾿Ιακῶϲ τετύφαται), in Mon. fol 22^r—42^v col II med. legitur. in fine autem paginae 172 lineae duae relictae vacuae sunt.

Item paginas 173—176 prima manus reliquit vacuas, sed posterior expositione theologica explevit.

Pag 177—179 continuantur canones Theodosiani inde ab ἀποβαλών BA 1023_{20} — τετυφέναι 1025_{15}, quod verbum in septima paginae 179 linea legitur.

In pag 179 lin 8 et seqq usque ad p 182, quas rursus manus prima vacuas reliquit, exaravere posteriores theologica et grammatica varia.

Pag 183—198 med. = Theodosii p 1029_3 τὸ δεύτερον — 1041_2 παρακειμένου apud Bekkerum.

Sequuntur varia ab aliis manibus scripta usque ad p 200 extremam.

Pag 201—202 med. = Theodos. p 1042_{30} τυπτόμενα — 1044_{14} τυπηcομένα.

In paginae 202 parte altera usque ad p 203 med., ubi prima manus nihil exaravit, ea commentatio theologica continuatur, cuius initium legitur in p 200.

In reliqua paginae 203 parte inveniuntur verba extrema conspectus flexionum pronominalium: ὧ ὧ. πληθυντικὰ τὰ ἅ. τῶν ὧν. τοῖc οἷc. τὰ ἅ. ὦ ἅ. ἑνικὰ τὸ cφέτερον. τοῦ cφετέρου. τῷ cφετέρῳ. τὸ cφέτερον. ὦ cφέτερον. δυϊκὰ τὼ cφετέρω. τοῖν cφετέροιν. πληθυντικὰ τὰ cφέτερα. τῶν cφετέρων. τοῖc cφετέροιc. τὰ cφέτερα. ὦ cφέτερα. τέλοc τῶν ἀντωνυμιῶν. cuius conspectus aliud idque maius fragmentum infra occurret p 234.

Pag 203 extr. —208 sequuntur supra scripto ΠΕΡῚ ΤΌΝΟΥ ΠΕΡΙCΠΩΜΈΝΟΥ illa, quae ex aliis codicibus (Vatic. 1370 fol 132ʳ Ottobon. 173 fol 155ᵛ Coislin. 176 fol. 24 Hamburg. p 15 Parisin. 2554 fol 82ʳ) vulgavere Bekker p 1159—1161 Goettlingius in Theodosio suo p 198—201. incip.: πᾶν ὄνομα μονοcύλλαβον οὐδέτερον μακροκατάληκτον περιcπᾶται. leguntur etiam in Havniensi 1965 p 243 (Graux p 52).

Pag 208 med. ΘΕΟΔΟCΊΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ ΠΕΡῚ ΤΌΝΟΥ ΠΕΡΙCΠΩΜΈΝΟΥ. inc.: διὰ τί ἡρακλῆc καὶ ἑρμῆc περιcπᾶται; extremae interrogationes sunt: διὰ τί τὸ κρῖ περιcπᾶται; et διὰ τί τὸ κλεῖν περιcπῶμεν; quae p 214 med. leguntur. eadem inveniuntur in Barocc. 116 fol 47ʳ Marciano 652 fol 164ᵛ Palatino 70 fol 242 Havniensi 1965 p 247 Hamburgensi p 17. in Bar. Marc. Pal. subiciuntur arti Dionysianae interiecto hoc indice: τοῦ αὐτοῦ περὶ τόνου περιcπωμένου.

Pag 214 extr. ΠΕΡῚ ʼΟΡΘΟΓΡΑΦΊΑC. inc.: δύο cημαίνει τὸ τῆc ὀρθογραφίαc ὄνομα. ὀρθογραφία γάρ ἐcτιν ἡ ὀρθὸc (sic) γεγραμμένη λέξιc. καὶ πάλιν ὀρθογραφία ἐcτὶν ὁ κανὼν ὁ ἀποδεικτικὸc τῆc ὀρθῶc γεγραμμένηc λέξεωc. p 216 in.: εἴπομεν (lege εἴπωμεν) οὖν πρῶτον περὶ cυντάξεωc. ΠΕΡῚ CΥΝΤΆΞΕΩC. πᾶν cύμφωνον μεταξὺ δύο φωνηέντων ἐν μιᾷ λέξει τῷ δευτέρῳ ἀκολουθεῖ. p 218 in.: ΠΕΡῚ ΠΟΙΌΤΗΤΟC. τὸ cμήλιον (l. cμιλίον) cμύρνα cβέcαι καὶ τὰ ὅμοια διὰ τοῦ c̄ γραπτέον. οὐ διὰ τοῦ ζ̄. p 222 in.: ΠΕΡῚ ΠΟCΌΤΗΤΟC. τὰ εἰc ων cυγκριτικὰ διcύλλαβα διφθόγγῳ παραλήγεται. extrema huius expositionis verba sunt: τὰ διὰ τοῦ ῑνη θηλυκὰ διὰ τοῦ ῑ γράφεται· ὑcμίνη αἰητίνη (sic) θριδακίνη ἀδριcτίνη (sic), quae leguntur in media

pagina 224. horum praeceptorum orthographicorum partem primam edidit Bekkerus ex Vaticano 1370 (B) fol 134 seqq. B A p 1127. omnia publici iuris fecit Goettlingius Theodos. p 61, 22—66, 24 ex Parisinis 2553 et 2555. inveniuntur etiam in Barocciano 116 fol 48^v—50^r Marciano 652 fol 168^v—170^v Palatino 70 fol 244^r—247^r Pii II cod. 47 fol 59^r Hamburgensi p 20—25 Coisliniano 176 fol 25 seqq. Ottoboniano 173 fol 157^v—159^v Harleiano 5656 fol 15 seqq (Cramer A O IV p 331, 21). in Ottoboniano ante titulum περὶ ὀρθογραφίας haec scripta sunt sed postea inducta: Θεοδοσίου γραμματικοῦ. denique eandem commentationem legere licet (atque ab genuina forma haud dubie propius distantem) in Havniensi 1965 p 726—754 sub nomine Ioannis Characis (Graux p 55).

Pag 224 med.—233 quas prima manus vacuas reliquit posterior commentatione theologica implevit.

Pag 234—238 med. continent mediam partem eius de flexione pronominum expositionis, cuius exitus legitur p 203 med. Haec praecepta inveniuntur plena in Vaticano 1370 fol 129^r—132^v Havniensi p 565—574 Hamburgensi p 272—278, ubi incipiunt ab his verbis: τῶν μὲν ὀνομάτων καὶ τῶν ῥημάτων ἡ κλίσις κατὰ ἀκολουθίαν φωνῆς προέρχεται (vide Hilgardi progr. p 41). quae Leid. p 234—238 med. exhibet, hoc initium habent: ἔστη (l. ἔστι) δὲ καὶ ἡ ὁ δεῖνα, ἥτις διχῶς (adde κέκλιται) τοῦ δεῖνος καὶ τοῦ δείνατος. ΠΕΡῚ ΚΤΗΤΙΚΩ͂Ν ʼΑΝΤΩΝΥΜΙΩ͂Ν. αἱ δὲ κτητικαὶ τῶν ἀντωνυμιῶν παράγωγοι μέν εἰσι κτλ (= Hamb. p 273); his verbis finiuntur: τὸ μὲν κτῆμα αὐτῆς ἐν ταῖς ἑνικαῖς πτώσεσιν ἕν ἐστιν, ἐν ταῖς δυϊκαῖς δύο γίνονται (= Hamburg. p 278 med.).

Pag 238 med.—247 fin. rursus posterioribus manibus prima integras reliquit. p 238 nunc leguntur duo praecepta medica εἰς ὀφθαλμοὺς βεβλαμμένους λίαν. — p 239—241 mixturam habes ex regulis grammaticis et moralibus compositam. — p 242 continuatur et absolvitur ea commentatio theologica, quae incohata erat p 224—233. — p 243—245 aliis theologicis impletae. — p 246 legimus quae ex hoc codice Valckenaerius in animadversionibus ad Ammonium p 228—231 publici iuris fecit: † Ζηνοδότου φιλέτερος. ἐπ' ἀνθρώπων κεκραγέναι. ἐπὶ κυνῶν ὑλακτεῖν κτλ et † Ἑτέρως περὶ φωνῶν ζώων. ἄνθρωπος βοᾷ, λαλεῖ, λέγει, κράζει, φθέγγεται κτλ. — in p 247 denique alia grammaticalia a variis manibus scripta sunt.

Pag 248—249 med. praebent partem posteriorem praeceptorum de vocalibus ancipitibus, quae vicesimo Arcadii libro inserta habet Parisinus 2102 edidítque ex illo exemplari Barkerus 193_1—196_{21} (p 217_{17}—222_8 Schmidt.). inveniuntur eadem in Barocciano 116 fol 50^v—51^r Hamburgensi p 27 med.—29 Coisliniano 176 fol 28^v—29^v Monacensi 284 fol 62^v—63^v Vaticano 1370 fol 140^v—142^v, in quibus omnibus desunt quae primae regulae praemittit et quae ultimae subicit Parisin. 2102. inscriptus est tractatus in Vat. (sicut in Parisino) περὶ χρόνων, in Coisl. et Mon. περὶ διχρόνων, in Bar. nullum habet

indicem, in Hamb. recentior demum manus in mg adiecit περὶ προcῳδίαc. Parisini scripturae multis locis ex his libris corrigi possunt, nec minus ex Leidensi. cuius fragmentum sic incipit: προπαροξυνόμενα μὲν cυcτέλλει τὸ ᾱ, παροξυνόμενα δὲ ἐκτείνει· εὐcέβεια καὶ εὐcεβία, ἀμέλεια καὶ ἀμελία = Arcad. 195_{19} Bark. 220_{23} Schmidt. subiciuntur autem post κατ' ἔνδειαν τοῦ ἑνὸc ε̄ (222_7 Schm.) maiusc. litteris: τέλοc cὺν θῷ τοῦ κειμένου εὐτύχωc (sic) χρῶ ὦ παῖ. — deinde sequuntur p 249 med. ab eadem prima manu, nisi fallor, scriptae interrogationes non nullae de ὄνομα vocis genere, specie, figura, numero, casu, regula, flexione et: πόθεν παρήχθη προcωδία παρα τῶ προcάδην τῆι ὑποκειμένη λέξαι. infimae autem lineae quattuor in hac pagina vacuae relictae.

Item a prima quidem manu paginae 250 et 251 totae. usa eis est recentior ad perscribendum threnum qui versibus anacreonticis Hierosolyma a Persis capta deflet. primus οἶκοc hic est:

Ἁγία πόλιc θεοῖο
ἁγίων ἕδοc κρατεῖcθω (sic)
ἱερουcαλὴμ μεγίcτη
τίνα cοι γόον προcοίcω ∴
χριcτιανῶν μακάρων ἔλθετε παῖδεc.

Sophronii Damasceni, Hierosolymorum archiepiscopi, carmen esse et κουκούλιον demonstrat conlatis scholiis in Hephaest. recentioribus p 185_{12} G. 154_{18} W. et primus versus, qui in codice Barberin. I 246 solus legitur inter alia archiepiscopi poemata anacreontea, vide Maii spicilegium Romanum IV p 101. non indignum autem est hoc carmen quod totum evulgetur propter argumentum.

Pag 252 litt. mai.: † τὰ διὰ τοῦ ō γραφόμενα ἐπὶ γενικῆc αἰτιατικῆc καὶ δοτικῆc καὶ κλητικῆc ἑνικῶν τε καὶ πληθυντικῶν καί αἰτίαι αὐτῶν = Monac. fol 45^r. incip.: ἄγμων ἄγμονοc (sic) διὰ τὸ ἔχειν δύο cύμφωνα ἐν cυλλήψει τῶ ω̄. ἀγνώμων ἀγνώμονοc. post eam vocem, quae in Monacensi ultima est, in Leidensi etiam hae sequuntur: φιλήμων χείρων χαλκηδών. — deinde p 254 med. † τὰ διὰ τοῦ ω̄ γραφόμενα ἐπὶ ὀρθῆc γενικῆc δοτικῆc καὶ αἰτιατικῆc καὶ κλητικῆc ἑνικῶν τε καὶ δυϊκῶν καὶ πληθυντικῶν καὶ αἱ αἰτίαι αὐτῶν. prima vox est ἄμβων ἄμβωνοc, ultima ὠρίων ὠρίωνοc. eadem leguntur in Havniensi p 581—588 (ubi prima vocum in ονοc flexarum ἄκμων ἄκμονοc scripta est).

In pag 259 med. — 274 a prima manu intactis posteriores exaravere moralia, theologica, grammatica varia.

Pag 275—326 med. legitur commentariolus artis Dionysianae byzantius quem Hilgardus edidit.

Pag 326 med. — 334 med. ΠΕΡὶ ΤΡΌΠΩΝ ΓΕΩΡΓΊΟΥ ΤΟΫ ΧΟΙΡΟΒΟΣΚΟΫ = Rhetor. gr. ed. Walz. VIII p 802—818, ed. Speng. III p 244—255_{18}. at prima manus in medio capite vicesimo (p 253_{13} Sp.) substitit, postquam exaravit in p 331 extr. haec verba: καὶ τὸ ὑρεθὲν ἐν τῶ cτόματι ἀπὸ μελιccίου κηρίον (sic) ἢ ὡc ἵνα εἴπωι θεριcτὴν

τῶν ὑδάτων τὸν ἁλιαία (sic). continuavit operam alia manus p 332—333 med. = 254_1 — 255_{11} Sp. κύριος, absolvit vero rursus prima p 333 = 255_{11} Ἰωάννης — 255_{18} τελειοῦται.

Deinde repetitur nullo indice interiecto particula commentarioli byzantii: p 26_{23} H. κυριολογία δέ ἐστιν ἡ κυρίως τοῦτ' ἔστιν ἀληθινὰ λέγουσα· τροπολογία δὲ παρατροπὴ ἀληθείας (quae videntur primo obtutu supplementum libri περὶ τρόπων esse) usque ad finem secundi artis capitis. atque scripta sunt κυριολογία — πρόχειρος ἀπόδοσις (p 26_{32}) a prima manu, cetera ab ea, quae exaraverat p 332. pertinent autem haec usque ad p 336 med.

Reliquam paginae 336 partem theologica implent quae recentiori manui debentur.

Denique attingo quae in marginibus paginarum 1—99 exarata sunt. scholia haec esse Gregorii Nazianzeni orationem in Theophania diligentissime inlustrantia intellexi, ubi codicem Augustanum Monacensem 499 (apud Hardtium V p 200) cognovi. in quo orationes theologi leguntur interpretatione marginali explanatae, quae nonnusquam ad verbum cum commentario codicis Leidensis concinit. de orationum Nazianzeni explanationibus vetustis, utpote quae etiam philologis nobis bonae frugis uberrimae sint, alias fortasse disputabo.*) specimen pusillum eorum scholiorum quae Leidensis exhibet in tabula photolithogr. altera legis. scripta videntur ab manibus recentioribus duabus inter se succedentibus. ceterum in p 1—13. 16—19 haec interpretamenta maximam partem abradendo abluendove aetate etiam inferiore deleta sunt inque eorum locum interdum substituta inveniuntur praecepta grammatica vilissima.

Iam ex hac Leidensis libri descriptione primum quidem conligere licet, quae olim legi potuerint in Monacensis quaternionibus nunc deperditis, deinde quot quantaque illi vetusto exemplari detrimenta iam eo tempore inlata fuerint, quo apographon Leidense inde factum est. etenim Vossianum ex Victoriano descriptum (vel certe oriundum) esse cum aliis locis demonstrari potest tum clarissime patet conlatis Vossiani pag 58 et Victoriani fol 20ᵛ, quae tabulis photolithographicis repraesentata sunt. vide mihi marginem sinistrum folii quod dixi membranarum Monacensium. ibi inveniuntur hice ductus:

o—o 'ΕΥΕΙ
.. Ϲ · ΜΕ
ΛΑϹ :

quae verba additis ΔΗ litteris supplenda sunt, referenda autem ad ea quae altera columna in eisdem lineis habet: Ἀπὸ δὲ σώματος.• ὡς

---

*) nuper diligentissime de his scholiis disseruit ediditque explanationes adhuc incognitas ex Laurentiano plut. VII 8 EPiccolomini in hoc libro: *Estratti inediti dai codici greci, Pisa 1879 (dagli Annali delle Università Toscane tom. XVI).*


ταχύϲ· βραδύϲ (ubi idem signum, quod ante 'ЄΥЄΙ invenitur, repetitum supra ταχύϲ videmus, nisi quod hic expictum est colore rubro). scilicet εὐειδήϲ et μέλαϲ alia exempla sunt epithetorum a qualitate corporis ductorum. ad Leidensem autem si iam oculos converteris, ibi quoque alterum exemplorum par conspicies in superiore paginae 58 margine. at quae hic nota additur (ͷ), ea supra ταχύϲ (quod legitur in paginae 59 columnae I linea octava) non reperitur, sed supra διώνυμον in p 58 col I linea 16. cuius erroris causa inde repetenda est, quod in Monacensi ΔΉC · MÉ ad hunc prioris columnae versiculum

νυμον · διώνυμον· ἐπώ

adpicta erant.

Ac descripsit is, qui Leidensem exaravit, Monacensem antequam correctrices manus hic passus est (ad p 35, 4. 37, 3. 39, 1. 43, 3), et summa usus diligentia descripsit, ut perraro lapsus huius libri peculiares deprehendas (p 33, 1. 81, 1. 85, 1), ubique depravationes Monacensis repetitas videas. orthographicis tantum in rebus ab archetypi auctoritate recedere ausus est, velut encliticis bisyllabis accentum indere solet praegressa voce circumflexa, saepissime spiritum lenem eis vocalibus addit quibus ι littera in eadem voce antecedit (διάνοίαϲ, περιέκτικόν, αἰτιάτική, ποιήτήϲ), subinde in distinguendis vocibus praeter punctum superius et inferius hoc signo utitur ⱴ, de quibus rebus dictum est in actis conv. philologorum Trevirensis p 4—5.

De ceteris codicibus ita exponam, ut stemmati a me constructo non nulla subiciam inlustrandi probandique causa.



(𝔄).

Ab hoc libro praeter alios multos hi naevi Leidensis (vel Monacensis Leidensisque) et Grottaferratensis derivandi sunt: p 6, 15 ἀνάϲταϲιν; 8, 5 ῥαβδοδία; 19, 2—3 omissio horum verborum: ἢ ὅτ' ἂν διπλοῦν ϲύμφωνον ἐπιφέρηται, οἷον ἕξω; 39, 1 πνευϲτικὸν; 53, 3 ἐνεϲτῶϲ

pro ἐνεστῶτος. quae omnia in 𝔇 correcta erant (19, 2—3 ex erotematis vetustis; 53, 3 ita ut pro corrupto genetivo scriptum esset ἐνεστὼς).

(𝔅).

Hinc ducendae hae depravationes quae communes codicum GVHA sunt: 40, 2 τηλικοῦτος τοσοῦτος pro τοσοῦτος τηλικοῦτος. 60, 3—4 τῷ ῥήματι καὶ τῷ ὀνόματι pro τῷ ὀνόματι καὶ τῷ ῥήματι. 64, 1 αὐτῇ pro τῇ ἀντωνυμίᾳ. 67, 1. 5. 6 praetermissiones harum vocum: ἑνικὸς, γενικῆς, δοτικῆς, αἰτιατικῆς. 68, 3 εἴδη δύο pro εἴδη δὲ. — 9, 8. 13, 5. 14, 1 et 2. 15, 1 adiectiones horum verborum: οἷον ᾱ η̄, ἰὼν εὐεργέα νῆα, τε χιτῶνά τε ἕννυτ' Ὀδυσσεύς, ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ, ἀνεπεκτάτων κατ' εὐθεῖαν καὶ ἑνικὴν πτῶσιν. atque etiam quod 9, 2 in GV pro ᾱ legitur ᾱβ̄, ex 𝔅 derivandum est.

(ℭ).

Hunc codicem ut inter 𝔅 et G interponerem adductus sum, quia altera pars eorum quibus G ab VHA differt debetur deliberationi cuidam et scientiae, altera summae neglegentiae ignorantiaeque. ℭ libri auctori adscribo eam paragraphorum supplementorumque traiectionem, ut antecedant §§ 11—20 excepta § 14, sequantur supplementum I et §§ 1—10 excepta § 6, deinde § 14, narratio de alphabeti graeci origine, § 6, expositio de singularum litterarum natura usuque, Gregorii et Ignatii acrosticha alphabetica adhortativa. eidem tribuo etiam has inscriptiones 7, 3 et 9, 1: περὶ στιγμῆς καὶ ὑποστιγμῆς, περὶ τῶν κ̄δ̄ στοιχείων.

G.

Grottaferratensem etiam tunc, cum adnotationem criticam componebam, ex Leidensi derivandum esse opinabar, commotus praeter miros aliquot concentus hisce locis:

15, 2 στοιχεῖ ἐστί G: nam L στοιχεῖ in fine versus habet atque initio subsequentis ά ἐστι.

81, 1 οἶ pro οἷον G: namque in L οἶ versiculum claudit, ον sequentem incohat.

96, 1 εἰ pro εἰσὶ G: etenim L hanc vocem in duos versiculos distribuit.

At re iterum iterumque pensitata intellexi ea quae certa originis indicia putaveram, casui tribuenda esse. magnum tamen pretium ne nunc quidem G codici constituo. etenim ex ℭ ita descriptus est, ut 𝔅 et ℭ librorum mutationibus adderetur incredibilis errorum multitudo, quorum partem tantum maiorem in adnotatione protuli. quid enim adtinebat adnotata talibus onerare qualia sunt 10, 6 ἔν εἰ ὅτε pro ἐνίοτε, 14, 2 ἄνα pro ἄρα, 22, 2 παρ' ἐμποις pro περ ἔμπης, 26, 1 ἀχιλλές, 80, 2 εἰκασμῶ, 80, 3 χορίς, 83, 1 ἦτον? quae omnia Grottaferratensis peculiaria sunt.

(𝔇).

Hunc qui exaravit verba tradita corrigere studebat in quaque pagina correctionibus cum pusillis tum gravioribus. asyndeton, quod in enumerandis rebus pluribus posteriori aevo displicebat, sustulit καὶ adiciens ante ultimum seriei membrum 9, 7. 10, 2. 24, 8. 25, 7. 30, 5. 31, 6. 34, 5. 47, 4. δὲ inseruit post primum verbum novi enuntiati 10, 1 et 2. 14, 7. 35, 3. articulum bis positum esse voluit 10, 5 in τοῦ ῑ καὶ ῡ verbis, 13, 2 et 3 in τοῦ π̄ καὶ φ̄, τοῦ κ̄ καὶ χ̄, τοῦ θ̄ καὶ τ̄. transpositione delectatus est 12, 3 ubi θ̄ post δ̄ traiecit, et 13, 4 ubi τὸ μὲν φ̄ τῷ π̄ praetulit. Multa correxit erotematis Dionysianis usus nec minus catechismum ab Moschopulo emendatum (E^{b}) quam vetustiorem eius formam (E^{g}) consulebat. ex E^{g} derivo quod 𝔇 10, 8 diphthongorum ordinem mutavit, quod 16, 3 ἐκεῖνο τοῦτο adiecit, quod 19, 2 quartum syllabae productae modum quem in 𝔄 defuisse ex Leidensis et Grottaferratensis consensu conligimus reduxit, quod 28, 5 pro τοc scripsit cτοc, quod 32, 1 κατ' αἰτίαν pro inepta vetustiorum codicum depravatione (κατ' αἰτιατικήν) restituit, quod 57, 2 traditis coniugationis sextae exemplis addidit ἀκούω. Moschopulium ad catechismum refero horum locorum mutationes: 10, 7 (ubi υἱὸc καὶ ἐν τοῖc ὁμοίοιc addita), 22, 5 (ubi τε καὶ ἐμμέτρου inserta), 27, 4 et 5. 34, 1. 55, 4 (ἀνύπτω pro ἀνύτω), 58, 4 (οὐ pro μή), 73, 2 (οἷον pro ὡc), 86, 4 (πληροῦcα pro δηλοῦcα). — Ceterum non solum corrigendo sed etiam neglegentia 𝔇 peccavit. classem adverbiorum βεβαιώcεωc (n. 24 p 85, 1) praetermisit, deinde videtur in margine adiecisse. unde factum arbitror, ut V hanc speciem post θετικά (n. 25 p 85, 2) conlocaret, HA plane omitterent. 25, 1 prorsus absurdam praebet depravationem inde ortam quod communis generis exempla ἄνθρωποc ἵπποc in alienum locum inrepserant. eam posterioris aevi consuetudinem, qua pluralis numerus verbi etiam cum neutrius generis subiecto plurativo construitur, utrum consulto an errore 5, 4. 9, 7. 10, 1 intulerit, dubitare licet.

VHAf.

H (Hamburgensem, vide supra p VIII) et A (Parisinum 2290, v. p IX) non ex V (Marciano 652, v. p IX) derivandos esse docent e. g. p 30, 5. 38, 1 et 5. 47, 3. — f (ed. Fabricianam) ex H et A originem ducere probavi supra p VIII seq.

(𝔉).

Eam lineam, quae 𝔉 ex L oriundum esse indicat, interrupi dubitandi signo, quia hoc solum certo demonstrari potest, persimile Leidensi fuisse 𝔉 codicis archetypon. vide e. g. 60, 3—4. 64, 1. 67, 1 (ἑνικὸc) et 5 (γενικῆc, δοτικῆc) et 5—6 (αἰτιατικῆc). 68, 3. 71, 1; et in ea artis parte, qua T caret: 6, 15 et 7, 1 (ἤ). 14, 7 (λέγεται). ex L ipso

autem si 𝔉 fluxit, fluxisse dicendus est ex L correcto: vide 83, 2. 15, 1. 16, 1 (L^2) et 75, 3 (L^3). — At 𝔉 admixtas habuit haud paucas lectiones ex codice qui cognatus erat Grottaferratensi: 23, 3. 25, 1—2 (κοινὸν μὲν οἷον ἄνθρωπος ἵππος sine κύων). 53, 3. 71, 2 (πρός πρό). 106, 1—6. 106, 2 (ηρᾶ κρᾷ). 106, 3 (ῥῆμα). 107, 6—108, 1. 109, 3. — Deinde is, qui 𝔉 exaravit, erotematis Dionysianis usus est idque ita ut modo artis verba immutaret, modo adscriberet tantum lectiones discrepantes. θαυμαστικῶν adverbiorum classem (n. 13 p 80) BT ponunt post σχετλιαστικά (n. 8 p 77): quem ordinem nullus praeter eos codex habet, habent interpretationes armeniaca et syriaca, commentarii Heliodori et Melampodis, erotemata omnia. 74, 3 δυνατῶς, quod post καλῶς σοφῶς adiciunt, habent etiam E^g. 42, 3 pro ἰδιότητας exhibet T ποιότητας et in B supra ἰδιό ab eadem manu scriptum est ποιό; atqui ποιότητας posuit Moschopulus in erotematis correctis (E^b) pro illo quod Dionysius scripsit. 24, 5 pro uno Σωκράτης B habet Ὅμηρος Σωκράτης, in margine autem rubro (sed ab eadem manu teste Mauio) adscripta sunt ἢ σωκράτης πλάτων eademque duo exempla in textu praebet T; atqui eadem etiam in erotematis leguntur. — Denique etiam coniectura videtur 𝔉 non nulla mutavisse, velut 43, 3. 54, 2 bis. 55, 5.

BT.

Horum (de quibus vide supra p IX et X) uterque mixturae, quam 𝔉 exhibuerat, ipse quoque nova admiscuit. atque videntur non nulla codicibus classis deterioris debere, pleraque vero erotematis vel coniecturae. eum qui B librum exaravit, ex suo ingenio hausisse puto horum locorum mutationes: 6, 2. 12, 1; erotemata in rem suam contulisse p 21, 2. 22, 5.*) 25, 1. 33, 4. 74, 1 (χθές). 76, 2 et 4 (ὤφελον). 77, 1 (οἴμοι). — T codicem qui scripsit, sibi ipsi debebat, nisi fallor, 28, 1 et 5. 57, 3. 58, 4 (βοάω βοῶ). 59, 5 et 6 et 9. 67, 3—4. 74, 1; erotemata usurpavit, opinor, 36, 6. 41, 3. 89, 1. 94, 2—95, 1. ex aliis technicis videtur hausisse ἀμμώδης 45, 2. τώ 62, 4. ὅς 65, 1. 66, 3. 67, 3. — Perraro B convincitur incuria peccasse; saepius T: 25, 4. 27, 4—5. 34, 5—35, 1. 38, 1 et 2. 40, 2. 41, 1. 80, 3.

De iis artis codicibus, quorum notitiam nactus sum, postquam adnotationem criticam typothetae tradidi, velut de Monacensi 284 Barocciano 116, alias disseram.

De vetustis artis Dionysianae explanationibus diligentissime post Prellerum (progr. univers. Dorpat. 1840 I) et Hoerschelmannum (De Dionysii Thracis interpretibus veteribus, Lipsiae 1874) Hilgardus meus disputavit programmate gymnasii Heidel-

*) nisi his duobus locis B ab 𝔉 accepit, quae ex erotematis oriunda sunt. versamur enim hic in ea artis parte qua T caret.

bergensis anni 1880. Genera scholiorum tria distinguenda sunt: explanationes continuae vetustiores, commentarii ex complurium scholiastarum interpretationibus compositi, commentarioli et paraphrases aevi inferioris.

I De commentariis continuis vetustioribus.

1. De explanatione Heliodorea.

Hanc legimus in Barocciano 116 (O) fol 10^{r}—20^{v}, Vaticano 240 fol 36^{r}—60^{r}, Marciano 652 (V) fol 135^{r}—153^{r}, Palatino 70 fol 267^{r}—272^{r}, Hamburgensi apographo (H) p 325—359. in omnibus vero his exemplis deest prior commentarii pars: quae prima leguntur, sunt de nominum speciebus interrogativa et infinita (artis § 12 p 39). cuius iacturae causa cum in detrimento quodam posita sit quod acceperat exemplar Baroccianum (vide Hilgardum p 4—6), hoc esse ceterorum archetypon apparet. — Auctorem interpretationis Georgium Choeroboscum esse equidem dixeram mus. Rhenan. 1864 p 38, adstipulatus est Adolfus Hartius annal. Fleckeisen. 1872 p 268, Hoerschelmannus p 42 seqq ita oblocutus, ut censeret non genuinum Choerobosci commentarium exstare, sed ab Heliodoro exscriptum ipsiusque additamentis auctum. cui sententiae et Hilgardus accessit neque ego assentiri nequeo. — Vulgavit commentarium Bekkerus ex Hamburgensi hac ratione, ut discerperet particulasque cum aliorum commentorum frustis sub singulis technes lemmatis componeret. ex Barocciano non profert ille nisi discrepantias paucissimas p 1178—1179; omnes excerpsit in suum meumque usum Hilgardus. ego olim codices Romanos et Venetum inspexi.

2. De explanatione Melampodea.

Altera interpretatio continua unius scholiastae vetustioris legitur in Havniensi 1965 (K, chartac., saec. XV, cfr Graux *Notices des manuscrits grecs de la Grande Bibl. Royale de Copenhague* p 50—57) p 459—508 et in Vaticano 1766 (U^{II}, apud Bekkerum D, chart., saec. XV) fol 186^{r}—215^{v}. hic commentarius auctoris appellatione caret in Vaticano; in Havniensi Melampodi grammatico tribuitur idemque nomen praescriptum est interpretationis huius frustis in aliis codicibus. sed sunt etiam libri qui explanationes hinc petitas dent Diomedi ϲχολιαϲτικῷ. ego in nuncupandis scholiis nomen praetuli Melampodis. de causa appellationis duplicis audi LLangium in libelli Hoerschelmanniani p 29: *Auf mich machen diese Scholien den Eindruck von Collegienheften. Die Duplicität des Namens würde sich erklären, wenn man annähme, dass einer der Nachfolger des anderen sei und das Heft seines Vorgängers benutzt habe.* Havniensem excussit et aliquot commentarii particulas disputationi suae inseruit Hilgardus, mihi omnia quae exscripserat tradidit. Vaticanum exemplar

post Bekkerum (qui p 1162—1180 discrepantes non nullas lectiones protulerat) equidem perlustravi. uterque codex omittit interpretationem paragraphorum 11—19.

II De commentariis qui ex complurium scholiastarum interpretationibus compositi sunt.

1. De collectione scholiorum Vaticana.

Legitur in Vaticano 14 (U, apud Bekkerum V) fol 33^{v}—127^{v} et Hamburgensi (H), in quem haec quidem scholiorum pars ex Vaticano tum, ut videtur, lectu faciliore transcripta est, p 33—278. archetypon membranaceum est, formae quadratae minoris, rescriptum saeculo XIII (de antiquae manus vestigiis non nullis, quae troparii fragmenta exhibent, vide Bekkerum p 1136). contuli exemplar quoad tempus suppetebat anno 1870 cum Bekkeri editione; denuo autem summa diligentia scripturas eius eruit a me rogatus nuper Mauius. Bekkerus plerumque Hamburgense apographon secutus est. nec diffiteri licet aliquem huius quoque esse usum propter eam quae nunc est Vaticani libri condicionem. sed non minus patet multa Hamburgensis exemplaris auctorem incuria aut consulto mutavisse. — Compositus autem est hic commentarius miscellaneus ex interpretationibus Melampodis (sive Diomedis. vide Hilgardum p 12—19)*), Stephani (Hilg. p 19—21), Porphyrii cuiusdam (Hilg. p 22—23), Georgii (Hilg. p 7 et 22)**). Inter hos interpretes distribuere congeriei scholiorum Vaticanae maximam quidem partem contigit Hoerschelmanni Hilgardique industriae et sagacitati (vide indicem Hilgardianum p 47—51). de rationibus interpretandi, quas observare licet in Melampodis et Stephani scholiis, non nulla in indice meo latino sub his nominibus composui.

*) Melampodeae explanationes sumptae sunt ex codice qui cognatus erat Havniensi 1965 et Vaticano 1766: namque ut in illis libris qui continuum Melampodis commentarium exhibent, ita in collectione quoque Vaticana de artis paragraphis 11—19 nullum huius scholiastae verbum invenitur.

**) Porphyrium fuisse Platonicum iam Hoerschelmannus recte negavit l. l. p 74 et act. societatis philol. Lips. V p 298. nihilo vero magis Georgium fuisse Choeroboscum mihi cum Hilgardo constat. videtur is fuisse, quem praeter Choeroboscum et Heliodorum laudat locus a Wachsmuthio e codice Vallicelliano F 68 exscriptus: ἐξηγήσαντο (scil artem Dionysianam) Ἡλιόδωρος καὶ Γεώργιός τις καὶ πλατύτερον ὁ Χοιροβοσκός. cui opinioni ab Hilgardo p 7 propositae non debebat Egenolffus Philolog. Rundschau 1882 p 457 opponere: *Wie, wenn die Schlussworte aus der Notiz im Vallicellianus so viel bedeuteten, wie* ὁ καὶ πλατύτερον Χοιροβοσκός? nam iste huius comparativi usus inauditus est; persaepe contra de expositione uberiore usurpatur. nec conspirat cum Egenolffi interpretatione τις pronomen. At non eundem esse Georgium aneponymum codicis Vaticani cum Georgio Curtesio Scholario, quam coniecturam Hilgardus perdubitanter protulerat, nunc satis intelleximus, postquam ex Curtesii protheoria vel isagoga (quae in libris Burbonico, Vallicelliano, Angelicanis duobus exstat) plura Mauius mihi exscripsit quam ipse olim excerpseram.

2. De collectione Neapolitana.

De hac primus rettulit CWachsmuthius mus. Rhenan. 1865 p 375 seqq: legitur in codice Burbonico II D 4, v. Cyrilli catalogum II p 43 (apud nos N). sed eandem inveniri in Marciano 489 docuit Hilgardus progr. p 7–9. quorum codicum is est hoc teste consensus, ut non solum eodem ordine in utroque singula scholia legantur, sed etiam multae utrique communes singulorum verborum depravationes sint. continet autem haec collectio scholia Heliodori, Diomedis (sive Melampodis), Stephani.

3. De collectione Oxoniensi.

In Barocciano 116 (O) fol 28^r—30^v legitur explanatio paragraphorum 1—6 hoc titulo praefixo: Διομήδους σχολιαστικοῦ εἰς τὴν Διονυσίου τέχνην. eadem scholia sunt quae in aliis codicibus Melampodi adscribuntur. sed admixtas habent Porphyrii et Stephani interpretationes, vide Hilgardi progr. p 16 adn. 2. ex Barocciano autem fluxit haec quoque collectio, sicut commentarius Heliodoreus, in Marcianum 652 fol 117^r seqq (unde Villoiso non nulla frustula vulgavit Anecd. II p 121—187), in Vaticanum 240 fol 15^v—35^r, Palatinum 70 fol 251^v—266^r.

4. De codice scholiorum Londinensi.

Ex codice Musei Britannici Add. 5118 (C) Cramerus edidit in Anecdotorum Oxoniensium t. IV p 308–330 specimina scholiorum anonymorum*) ad omnia artis capita pertinentium, in quibus ea potissimum quae paragraphum de litteris inlustrant, doctrina abundant optima. unde libido orta ex hoc fonte plura hauriendi. at notum est Museum Britannicum nullum unum librum foras emittere. itaque, cum mihi non magis ad codicem venire liceret quam codici ad me, Muellerum cognomine Struebing precibus adii, quem in illo museo quasi habitare ex ipsius ore apud Treviros audiveram. nec tuli repulsam. sed vir doctissimus idemque liberalissimus, quamquam haec scholia ab eis quibus operam navat studiis ita distant, ut cum ea legeret non solum in terram incognitam, sed nonnunquam in nosocomium devenisse sibi visus sit, tamen cunctatus non est multa codicis folia describere. ex quo apographo intellexi commixtas in hoc commentario esse interpretationes Melampodis et Stephani.

5. De Theodosio Goettlingiano.

In codicibus Parisinis 2553 et 2555 Theodosii nomine perperam ornata exstat farrago commentationum grammaticarum, ex qua primus

*) quae enim p 65 rubro pigmento scripta sunt: ταῦτα Λούκιος ὁ Ταρραῖος παρατίθεται, haec Hoerschelmannus in actis societatis philologae Lipsiensis IV p 340 demonstravit Cramerum falso ita interpretatum esse ut putaret totam primam partem huius scholiorum collectionis ab illo grammatico derivandam esse.

Bekkerus nonnulla excerpsit in adnot. ad Apollonii Dyscoli syntaxin p 351—355 et in Anecdotorum suorum tomo tertio. integram deinde Goettlingius eam publici iuris facere non dubitavit. nec magis dubitavit Theodosii Alexandrini nomen libello inscribere, epitomam se ratus edidisse commentarii in artem Dionysianam ab illo grammatico conscripti (vide praef. Goettl. p VIII seqq). qua de re non minus erravit quam de ipsius artis origine (p V seqq). constat liber Pseudotheodosianus ex duabus partibus nec auctoris nec consilii communione inter se conexis. in priore quae a p 1—79 pertinet, legitur mixtura ex technes scholiis et supplementis*) composita, quibus inserta est etiam infimae aetatis disputatio. quae enim p 18, 8—27, 7 leguntur, sumpta sunt ex institutionum Priscianearum versione Planudea (= Bachmanni Anecd. II p 113_7—125_{32}. cfr Emendationum Apollonianarum specimen meum p 4). illorum scholiorum autem alia sunt Melampodis (cfr e. g. Pseudotheod. 41_{8-23} cum BA 822_{28} —823_{11}, quae Melampodea esse constat testimonio Havniensis et Vaticani 1766), alia Stephani (cfr Pseudotheod. 36_{4-9} cum BA 802_{18-22}, quae Stephano tribuenda esse ex Vaticano 14 patet). altera vero pars falsi Theodosii testibus Palatino 43 Veneto 491 Parisino 2561 Laurentianis plut. 55, 7 et 55, 17 Theodoro Prodromo sive Ptochoprodromo adscribenda est, qui p 109 seqq nominum et verborum canones Theodosianos explicat, postquam breviter de ceteris orationis partibus exposuit.

6. De libro Darmstadino.

In codice Darmstadino 2773 a folio 152r legitur commentarius in Dionysii paragraphos 1 et 2 sic inscriptus: Πορφυρίου εἰς τὸ τί ἐστιν ἐμπειρία, quem edidit Sturzius post EG p 663 seqq. hanc quoque esse compositionem scholiorum Melampodis et Stephani recte dixit Hilgardus progr. p 23 adn. 1.

III De commentariolis et paraphrasibus aevi inferioris.

1. De interpretatione ab Hilgardo edita.

Ex hoc commentario, qui Dionysii verba interiectis explanationibus brevibus praebet, iam Peyro artis scripturas ab editione Fabriciana discrepantes excerpserat, usus codicibus Taurinensi 163 (b II 17) et Calusiano (vide supra p IX 24). tum Bekkerus ex Parisinis 2558 et 2594 et Hamburgensi lectiones technes protulit (v. supra p X 10. 15. 19), atque in adnotationis criticae p 1161 seqq etiam explanationis particulas non nullas ex Hamburgensi edidit. totam interpretationem Hilgardus publici iuris fecit progr. Heidelb. 1880 p 24—46 ex his codicibus:

*) cfr supra p XXIII 11 et 27 et 40 XXIV 6 et 14 XXVII 3.

1. Monacensi (v. supra p XVIII 13), apud nos σ^{M}.

2. Leidensi (v. p XXVIII 40), apud nos σ^{L}.

3. Hamburgensi, ubi totus commentarius sicut in Leidensi legitur; apud nos σ^{H}.

4. ex Parisino 2594 saeculi XV, in cuius foliis 105^{r}—118^{v} totus legitur excepto initio usque ad p 25_{10} ed. Hilgardianae; apud nos σ^{B}.

5. ex Parisino 2558 saec. XVI, cuius folia 42^{r}—52^{v} exhibent quae a p 31_{24} usque ad exitum leguntur praemissa brevi de singulis litteris expositione, ubi habes Dionysii praecepta (§ 6) partim in formam erotematicam conversa et adiecta nonnulla, quae etiam in catechismis Dionysianis inveniuntur; apud nos σ^{P}. est autem Nephonis opus teste inscriptione: Νήφων (sic) μοναχοῦ, τάχα Ζωγράφου*), περὶ στοιχείων καὶ τῶν η' μερῶν τοῦ λόγου ἑρμηνευθέντα κατὰ δύναμιν, nec minus teste subscriptione:

> τέλος εἴληφεν ὀκτὼ μέρη τοῦ λόγου
> χειρὶ γραφέντα ῥυπαρᾷ καὶ ταλαίνῃ
> μοναχοῦ νήφων, τάχα δὲ καὶ Ζωγράφου.
> τὰ μέλανα μὲν τῶν πάλαι διδασκάλων,
> τὰ δὲ ἐρυθρὰ κάμοῦ τοῦ τρισαθλίου.

6. ex Havniensi 1965 saec. XV, cuius p 439—458 commentarium exhibent inde ab artis paragrapho 12; apud nos σ^{K}.

Monacensem Leidensem Hamburgensem Havniensem ipse Hilgardus excussit, Parisinos Maximilianus Bonnet contulit, quo homine nihil est, opinor, liberalius.

Iam debebam promissis stare quae Hilgardus p 23 et Egenolffus Philologische Rundschau 1882 p 462 meo promisere nomine, quorum alter quae ratio inter singulos codices intercederet explanaturum me esse in praefatione editioni artis praemissa, alter hunc mirum Sanctum me secaturum esse dixit. at *ultra posse neminem obligari* ut male latinum ita bene iustum esse quis est qui neget? ergo haec nunc quamquam non sufficiunt sufficiant.

Monacensis et Leidensis eodem cognationis vinculo in hoc commentariolo atque in reliquis quae praebent scriptis coniuncti sunt. verum non praestant hi codices ceteris sicut in arte eos praestare patet; sed haud paucis locis, ubi ML depravata exhibent, in ceteris codicibus omnibus aut ternis aut binis aut singulis inveniuntur quae vera aut veris propiora sunt nec tamen coniecturae deberi existimare

---

*) cfr quae mihi Bonnetus exscripsit ex Parisino 1704: ἡ παροῦσα βίβλος ἐστὶ γεωργίου στασινοῦ τάχα καὶ Ζωγράφου (fol 3^{r} in margine ab m. rec.) et εὔχεσθαι πατέρες διὰ τὸν κύριον ὑπὲρ τῆς ψυχῆς τοῦ ἁμαρτωλοῦ γεωργίου τάχα Ζωγράφου τοῦ ἔχοντος τὴν βίβλον ταύτην (fol 16^{r} item in margine ab m. rec.).

licet. stemma autem ut construerem horum sex librorum, mihi nondum contigit, quia σ^H σ^B σ^P σ^K mixtas ex diversis fontibus scripturas exhibent.

Continet hic commentarius in eis codicibus, qui plurima praebent (LH), supplementum περὶ προcῳδιῶν, artis paragraphos 1. 2. 7—10. 12—20; paragraphorum 3—6 et 11 explanatio adhuc in nullo codice a nobis reperta est*). in § 14 quae est de coniugationibus nihil fere aliud quam repetuntur Dionysii verba; e contrario in §§ de pronomine, de adverbio, in supplemento de prosodiis longe recedit interpres ab eis quae explananda erant.

Quis composuerit hanc interpretationem, ignoramus. nam quod tribuitur Theodosio Alexandrino in Taurinensi et Vaticano 1729 (in quibus appellatur θεοδοcίου γραμματικοῦ ἀλεξανδρέωc περὶ προcῳδιῶν), item in Calusiano, Laurentiano plut. 55, 17, Baroccianis 57 et 115, Miscell. Bodl. 215, Vaticanis 1356 et 1357, Barberiniano I 150 (qui hanc inscriptionem habent: ἀρχὴ cὺν θεῷ τῶν ἐρωτημάτων θεοδοcίου γραμματικοῦ ἀλεξανδρέωc περὶ προcῳδιῶν), hanc appellationem apparet falsam esse, nec latet causa pseudonymiae. etenim scimus supplementum de prosodiis, quod primam artis paragraphum in hoc quoque commentario praecedit, ab non nullis Theodosio Alexandrino adscriptum esse (v. infra p XLVIII seq). De aetate commentarii id constat quod consequitur ex aetate codicis Monacensis. quocirca octavo vel nono saeculo eum tribui. explanationem ipsam si in examinando aevo consuleres, adscriberes posteriori. nunc discimus iam superiore tempore satisfecisse eis qui grammaticae studebant doctrinam tam exilem, placuisse nuptias philologiae et theologiae tam ineptas quales sunt 25_{30}—26_5: «Ποιηταὶ» δέ εἰcιν Ὅμηροc, Ἀριcτοφάνηc, Θεόκριτοc, Ἀλκαῖοc, Πίνδαροc, Ἡcίοδοc, Ἰcοκράτηc, Εὐριπίδηc, Θουκυδίδηc, Φωκυλίδηc, καὶ οἱ λοιποὶ δὲ πάντεc ποιηταί· «cυγγραφεῖc» δὲ οἱ τὰ τούτων ποιήματα cυγγραψάμενοι. Λέγομεν δὲ τρανοτέρωc περὶ ποιητοῦ καὶ cυγγραφέων, οἷον ποιητὴc μὲν ὁ κύριοc καὶ θεὸc ἡμῶν Ἰηcοῦc Χριcτόc, cυγγραφεῖc δὲ Ματθαῖοc, Μάρκοc, Λουκᾶc, Ἰωάννηc. Ποιήματα δὲ τοῦ Ὁμήρου ἡ Ἰλιὰc καὶ ἡ Ὀδύccεια· cυγγράμματα δὲ τὰ αὐτὰ νοείcθω. ἐπὶ δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν ποιήματα μὲν τὰ ἀόρατα καὶ τὰ ὁρατὰ κτίcματα, καὶ ⟨cυγγράμματα⟩ ἡ παλαιὰ καὶ νέα διαθήκη ἡ cυγγραφεῖcα ὑπὸ Μωϋcέωc καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν καὶ τῶν εὐαγγελιcτῶν. nec continget, opinor, quod Schoemannus**) Philol. Anzeiger 1881 p 510 fieri posse putat, ut ex ineptarum vel vulgatissimarum rerum mole vetustior doctiorque

---

*) exstat ne in Taurinensi quidem aut Calusiano teste Peyrone. ceterum legitur commentariolus in his quoque codicibus quos nondum excussimus: Parisino 2090 fol 33ʳ, Vaticano 1356 fol 1, Vat. 1357 fol 3, Vat. 1729 fol 98, Barberin. I 150 fol 1, Laurentianis plut. 55, 17 fol 1 et pl. 86, 25 fol 75, Baroccianis 57 fol 145ʳ et 115 fol 87ʳ, codice miscellaneo bybl. Bodleianae 215 fol 229ʳ, Canoniciano 13 fol 1ʳ.

**) videlicet nepotem dico, qui nomine suo digna praestitit commentationibus Macrobiana et Zenobiana.

explanatio secernatur; quamquam non plane desunt quae meliorem doctrinam ostendant. At haud levis momenti commentarius est in restituendis Dionysii verbis.

2. De Pselli paraphrasi poetica.

A Boissonadio Anecd. t. III p 200—228 ex libris Parisinis 2408 2551 2620 editi sunt τοῦ μακαριωτάτου ὑπερτίμου προέδρου τῶν φιλοςόφων κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ψέλλου ςτίχοι πολιτικοὶ πρὸς τὸν βαςιλέα κυρὸν Κωνςταντῖνον τὸν Μονομάχον περὶ τῆς γραμματικῆς, qui exstant etiam in aliis codicibus (vide Sinneri catalogum bybl. Bernensis I p 586 Bandinii cat. bybl. Laurentianae II p 373 Coxii catal. codicum Bodl. I p 211). in iambos populares conversa hic aliquot Thracis praecepta aliorumque libellorum grammaticorum habes. pauca addidit Psellus explanandi causa, quorum partem sumpsit ex scholiis Dionysianis, cfr e. g. versus 187 cum Melampodis scholio 741_6 Stephani 741_1. ceterum ea quae praeses philosophorum Constantinum docet, in codicibus Parisinis sic disposita leguntur, ut ne Psellianae quidem stoliditati haec confusio imputari possit; verum traiecta nonnulla videntur, alia omissa a librariis.

3. De lexico Bachmanniano.

Commentarioli instar est quod Bachmannus Anecd. I p 425—450 edidit λεξικὸν τῆς γραμματικῆς (λ), ubi brevissimae non nullarum vocum interpretationes eodem quo in ipsa arte leguntur ordine compositae sunt. quas patet exemplaris technes marginibus adscriptas fuisse. atque utilis haec collectio — id quod Carolus Galland*) quoque perspexit — eo nomine praedicari potest, quia hinc intellegere licet, quaenam in illo exemplari praemissa aut subiecta arti supplementa fuerint**). etenim antecedunt explanationes duarum vocum supplementi de prosodiis; sequitur interpretatio unius quae in technes definitione (supplemento nostro secundo) reperitur; deinde p 425_4—427_{24} quinquaginta tria vocabula artis ipsius explicantur; quarto loco p 427_{25-27} duo supplementi de pedibus (tertii in editione nostra); quinto multae voces Theodosianorum canonum; sexto et septimo p 438_{16}—440_6 440_7—443_{17} vocabula supplementorum περὶ τόνου περιςπωμένου et περὶ ὀρθογραφίας, de quibus vide supra p XXVI 17 et 24; octavo loco p 443_{18}—446_{25} explanantur quae interpretatione egere videbantur in


*) vide museum Rhenanum a. 1882 p 26—34. quae ex tribus commentationibus una est, quibus auctor talem et natum se esse probavit et coniuncta ipsius industria cum Studemundiana institutione factum, ut sperari liceat multum lucis huius studia adlatura esse scriptis technicorum veterum. quocirca gratulamur non solum illi sed nobis quoque, quod ei copia data est mox adeundi fontes Matritenses.

**) plane eadem est natura idemque usus eius lexici, quod versioni armeniacae adiunctum est: vide infra Merxium p LXI 1—20.

libello περὶ πνευμάτων, de quo vide infra p LV 39; ultimo denique p 446_{26}—450_{14} nonnulla supplementi περὶ διχρόνων, de quo dixi supra p XXVII 37 et infra p LV 29.

De ceteris aevi inferioris commentariolis et paraphrasibus alias agam. sed tangenda certe hoc loco etiam epitoma grammaticae est, cuius priorem partem 1822 Titzius edidit in *Manuelis Moschopuli Cretensis opusculis grammaticis*, deinde emendatiorem doctissimaque adnotatione instructam anno 1877 Egenolffus hoc titulo praefixo: *Anonymi grammaticae epitoma Liber prior*. huius libelli inscriptionem eam quae et in Titzii codice et in Veneto exemplari legitur: ἐπιτομὴ νέα γραμματικῆς, Hartius in libello scholastico Berolinensi 1871 ita interpretatus est, ut genetivo Dionysianam artem significari putaret. quam opinionem Egenolffus praef. p VII seqq refutavit commentariosque potius quam epitomam enchiridii Thracis nuncupari posse librum dixit. verum ne sic quidem ego appellaverim, sed (si modo de hac re iudicare mihi licet ex priore epitomae parte eisque posterioris partis locis quos Egenolffus liberalissime mihi exscripsit) nominarim artem Dionysianam ex doctrina grammaticorum posteriorum correctam et suppletam*). de auctore autem novi compendii iudicium non prius faciemus quam integrum libellum cognoverimus atque Egenolffus suam tulerit sententiam. nunc nihil aliud quam itero summam esse inter νέαν ἐπιτομὴν et erotemata Dionysiana ab Moschopulo correcta consensionem.

De eis libris ubi artem Dionysianam in interrogationes et responsiones redactam invenimus disputavi epistula ad Vsenerum data**), qua demonstrare studui hance rationem intercedere inter erotemata vetustissima Guelferbytana et recentissima Tubingensia et catechismum ab Manuele Moschopulo Cretensi (ante medium saeculum XIV) correctum et eum qui in Nili Chii (Rhodiorum post med. saec. XIV metropolitae) enchiridio grammatico rhetorico logico legitur:



---

*) supplementa partim quidem ex artis ipsius exemplari petita esse patet conlatis epitomae p 1—3_9 3_{10}—4_{25} cum Leidensis codicis p 12—14 15—16 (vide supra p XXIII 16 et 28).

**) in libello scholastico Gymnasii Heidelbergensis anni 1881, qui in aedibus BGTeubneri prostat sic inscriptus: *Appendix artis Dionysii Thracis ab G. V. re-*

quod stemma noli ita interpretari quasi Moschopulum vel Nilum manibus suis trivisse ipsum Guelferbytanum librum putem: immo posui Guelferbytani nomen pro toto genere eorum exemplarium, quae antiquiorem erotematum speciem, correctionibus Moschopuliis liberam exhibebant. aliis vero huius generis codicibus Moschopulum Nilumque usos esse patet ex non nullis locis, ubi in Guelferbytano depravata sunt quae apud illos grammaticos recte scripta inveniuntur. Ceterum Nilum antiquiorem formam et Moschopuli doctrinam miscuisse nondum intellexeram, cum adnotationem criticam componebam, sed opinabar Cretensem eas correctiones auxisse quibus iam ab Chio illa forma immutata esset. quapropter hoc erotematum ordine usus sum in scripturae discrepantia proferenda: E^g E^v E^b E^t. cuius rei quamvis pigeat, tamen hac conlocandi ratione tamquam turpi naevo deformatam esse adnotationem meam non existimaverim. hoc enim etiam nunc constat, ab antiqua interrogamentorum specie abesse Nilum propius quam Moschopulum.

Hoc autem quoque loco Egenolffi industria collaudanda est, qua Guelferbytana Niliana Tubingensia erotemata diligentissime describere dedignatus non est, postquam sibi persuasit, quanti momenti ad pernoscendas origines grammaticae recentioris hi libri essent; item iterum conquerenda est typothetae Mannhemiensis, cui Egenolffus catechismorum compositionem tradidit, inertia; denique optandum, ut editor quae epilegomenis promisit exsequatur.

Quae ex Schellersheimiano codice erotemata Sturzius post Etymologicum Gudianum p 669—682 edidit, ipsa quoque habent correctiones Moschopulias, aliis locis cum antiquiore forma concinunt, cfr dissertationis epistolicae meae p XI*. nec intactae Cretensis doctrina interrogationes Vindobonenses sunt, ex quibus excerpta publici iuris fecit Mauritius Schmidt Philol. VIII 516, cfr infra ad p 22, 5.

Scriptorum aliorum nomina quos Dionysio usos esse aut patet aut verisimile est indici meo latino inserta reperientur. quae si quis perlustraverit locosque adnotationis illic indicatos evolverit, eum confido, etiamsi de technes auctore dubitare nondum desinat, tamen amplius non esse opinaturum quod etiam Lehrsius ὁ πάνυ, studiorum nostrorum conditor, opinatus est, compositum esse hunc libellum post Dyscoli eiusque filii aevum opusque esse artis senescentis*).

censitae. Adnotationis verbis Thracis a me subscriptae locos eos, qui ad catechismos Dionysianos pertinent, congestos invenis in indice latino sub his titulis: *Erotemata Dionysiana vetustissima*, *Erot. Tubingensia*, *Er. Schellersheimiana*, *Er. Vindobonensia*, *Moschopulus Cretensis*, *Nilus Chius.*

*) vide Analecta grammatica editioni scriptorum Herodianeorum adnexa p 437. ceterum hac in re errasse Lehrsium plerisque, opinor, iam persuasit

vide nomina M. Terentii Varronis, Tryphonis, Asclepiadis Myrleani, Dionysii Halicarnasensis (?), Philonis Iudaei, Remmii Palaemonis, Claudii Didymi, Heliodori metrici, Suetonii(?), Apollonii Dyscoli, Herodiani, Hephaestionis, Ori Milesii.

De interpretatione armeniaca disputavit Adalbertus Merxius dissertatione his prolegomenis adiuncta. quod opusculum doctrina edepol sagacitateque abundans gratissimo animo a me acceptum esse omnes credent. vix quisquam credet, idem inter nos paene fuisse rixae causam. quod tamen factum est, cum ego, utpote ludi magister, in verbis haud paucis offenderem ac mutatione utique opus esse arbitrarer, ille praefracte repelleret correcturientem. tum in tempore recordatus sum Lachmanni vocem, qui dicere solebat neminem latine scribentium esse (de loquentibus videtur tacuisse), quin sua quadamtenus latinitate uteretur.

Intellegentur autem ex disputatione Merxiana cum alia tum hoc clarissime, interpretis munus ita Armenium administravisse, ut operam plane inutilem, quin ineptam susciperet is qui in usum nostrum (plebis philologae dico, cui armenia lingua bohemicum sonat) illam versionem in latinum sermonem convertere conaretur. immo hac sola ratione ex illo fonte haurire licet, ut variarum quae in artis exemplaribus inveniuntur lectionum et eorum quae scholiastae praecipiunt notitiam nactus virum armeniace doctum de singulis locis consulas. cuius ope intelleges aut cuinam lectioni Armenius patrocinetur aut scholiastae veteris praecepto eum usum esse aut dissentire ab testibus explanatoribusque omnibus.

Etenim explanationes graecas eis quae aetatem tulerunt similes Armenium novisse et usurpasse nemo, opinor, negabit qui adnotationes ad hos artis locos inspexerit: p 8, 5 (vide etiam quae infra in Addendis ad h. l. adnotavi). 32, 1. 65, 2—66, 1. 75, 1. 78, 1. 80, 1. 94, 2—95, 1. 100, 2. quibus accedunt hi loci, ubi cum adnotationem scribebam, aut ambigendum mihi esse opinabar, utrum dissensum Armenii ex vetere scholio an ex discrepanti artis exemplari ducerem, aut ex eiusmodi exemplo sine dubitatione derivabam, posthac ex scholiastae verbis repetendum eum esse intellexi: p 9, 8. 12, 2. 33, 6. 47, 3. 60, 2—3.

Vbi autem Armenius dissentit ab lectionibus interpretationibusque omnibus, dissentit partim vernaculae linguae indole coactus: vide adnotationes ad p 10, 6. 11, 5—13, 3. 13, 3—14, 2. 19, 2. 26, 4. 56, 2—59, 10. 61, 2—62, 5. 62, 4. 66, 1 (125 III 9—17. 126 I 12 et II 32. 127 II 13—22) atque dissertationis Merxianae caput IV. —

Mauritius Schmidt insigni illa de Dionysio Thrace disputatione quae legitur in Philologi tomo VIII p 231—253. 510—520.

Deinde nulla adductus necessitate, sed ea ratione ut liber suus sacram quoque doctrinam redoleret, saepius pro graecis exemplis nominalibus posuit ex testamento vetere novove sumpta: p 24, 5. 27, 1—2. 3—6. 30, 5—31, 1. 33, 6. 36, 2—4 (109, 2. 118, 2 et 4. 119, 1. 2. 6. 7).*) — Incuria perpaucis locis, nisi fallor, ab archetypo graeco recessit: vide ad 28, 3—4. 88, 3—89, 1. — Haud paucis vero locis suspicandum est scripturam ab ceteris testibus discrepantem in artis exemplari suo eum invenisse, velut 26, 5—6. 61, 3. 63, 1. 74, 1. 75, 1; aut interpretationes graecas in rem suam convertisse quarum nunc non habemus vel certe nondum cognovimus similes. hinc praeter alia videntur diphthongi repugnantes repetendae esse quae in versione armeniaca naturalibus subiciuntur, vide ad p 10, 8; hinc classes adverbiales quas Armenius inter optativam speciem et schetliasticam enumerat, vide ad p 77.

Ceterum non solum interpretandi officio fungendum Merxio erat, sed etiam haud semel emendandi, quae via quam lubrica sit, apparebit tibi reputanti hanc versionem innumera habere peculiaria quae in nullo alio libro armeniaco occurrant. at sunt loci ubi pateat Cirbiedi editionem exhibere quae Armenius scribere nullo modo potuerit, ac medicinam petere liceat ex archetypo graeco: vide ad p 21, 2. 22, 2. 41, 2—3. 62, 5. 63, 3. 68, 1. 73, 1—2. 83, 2. 85, 2. 91, 1. 92, 3. 94, 2—95, 1 (107, 3—5. 109, 5). aliis locis speramus fore ut lux affulgeat conlatis aliis versionis exemplaribus aut inspectis eius scholiis veteribus, quippe quorum auctores partim eiusdem cum versione aetatis sint.

De technes supplementis ab Armenio conversis vide infra p LI 28, LII 29, LIII 19.

De syriaca interpretatione, quae eidem fere aevo atque armeniaca tribuenda est, nonnulla protuli in progr. gymnasii Heidelbergensis anni 1881 p IV—V. publici iuris eam faciet Merxius adiungetque dissertationem *de fatis artis grammaticae apud Syros* in volumine alium quoque technographum syrium complectente, quod prostabit in libraria orphanotrophei Halensis. nobis tradidit versionis versionem ita institutam, ut ubicumque pateret Syrum graeca imitatum esse, rursus in graecum sermonem illius verba transferret; quaecumque autem ab Dionysio discreparent, in latinam linguam converteret. unde omnia quae ad restituendam technen alicuius momenti esse videbantur mutuatus sum inseruique infra Addendis.

Exhibent interpretationem codices duo musei Londinensis, *Add. 14620* fol 23ʳ seqq saeculi IX (apud nos A) et *Add. 14658* fol 92ʳ saeculi VII (B). in A libro translatae leguntur artis paragraphi 11—20

*) Patria nomina propria praetulit Armenius eis quae in techne legebat p 25, 9. 26, 2—5. 38, 6 (117, 9).

et tabula flexionum verbi τύπτω, in B solae §§ 11 et 12. dissentiunt autem inter se hi libri in singulis quoque verbis non nusquam maximopere. de cuius rei causis Merxius exponet.

Interpretandi ratio qua usus Syrus ex graecae linguae grammatica fecit compendium vernaculae, persimilis est ei quam observamus in Armenii versione. prorsus simiae in modum cum alias munere suo functus est tum in imitandis exemplis nonnullarum adverbii et coniunctionis specierum, vide ad 78, 1. 79, 1. 88, 3—89, 2. 90, 1—91, 1. 91, 2—92, 1. 92, 2—3 (*ɜal* = ἐπεί, *ɜal* — *kul* — *dẹ̥hu* = ἐπείπερ, *ɜal* — *dên* = ἐπειδή, *ɜal* — *kul* — *dên* — *dẹ̥hu* = ἐπειδήπερ).

Aliis locis ubi praecepta Dionysii vel exempla integra quidem imitari nullo pacto poterat, retinuit partem certe. genera articuli Dionysius inlustrat his exemplis p 62, 2: ὁ ποιητής ἡ ποίησις τὸ ποίημα, quae convertit Syrus sed ipsis articulis omissis, sicut Armenius, quia syriaca lingua non minus quam armeniaca articulo praepositivo caret. figuras et nominum et verborum syriaca quoque interpretatio tres enumerat 29, 5. 50, 3; παρασυνθέτου vero σχήματος vice fungitur *plusquamcompositum*.

At est etiam ubi Syrus graecum exemplar aperte deserat atque, quod Armenius nusquam fecit, discrimen intercedere inter Graecorum et Syrorum linguas profiteatur. agnoscit neutrum genus et dualem numerum suae linguae deesse p 24, 8. 30, 5. 51, 2 (nec unquam dualis formas graecas exprimere conatur, quod Armenius ubique fecit). praepositiones *secundum linguam graecam* duodeviginti esse docet p 71, 1. vide etiam ad 61, 3—4. 65, 2—66, 3.

Sacra exempla nominalia saepissime praefert profanis Dionysii: p 25, 9 (*Levita Iudaeus*). 27, 1—2 (*pallium Iosephi, virga Aharonis, gladius Goliathi*). 27, 4 (*ecce plus quam Salomo*). 27, 5 (*Salomo sapiens fuit magis quam omnes filii orientis*). 29, 1 et 6. 33, 6 aliis locis. aliquando etiam syriaca nomina propria habet, velut 26, 2—6.

Incuria vel errore videtur ab archetypo graeco recessisse e. g. 49, 1—2. 73, 3.

Non nusquam se ipse corrigens eadem verba bis convertit, vide ad p 76, 2—3. 63, 2. 86, 3.

Cum Armenio commune id quoque Syro est, quod interdum explanationes vetustas graecas quam ipsa verba Dionysiana sequi maluit. cuius rei testimonia certa deprehendisse mihi videor 76, 2. 38, 3. 39, 1. 47, 4. 86, 4. ac verisimile puto idem factum esse 31, 4. 32, 1. 67, 4. 75, 1. 85, 2.

Scripturas ab nostris technes codicibus discrepantes in suo exemplari Syrus invenit 34, 3. 38, 1. 45, 1. 61, 2. 80, 1. 82, 1. 84, 3. 92, 1. de aliis locis compluribus dubito. —

De Iacobo Edesseno, qui (exeunte saeculo septimo vel ineunte octavo) arte Thracis atque etiam Theodosii canonibus usus est, pauca dixi in Appendice p III; plura dabit Merxius.

In hac tanta subsidiorum multitudine varietate vetustate existimaverit quispiam ei, qui artem restituere velit, coiciendi opera opus haudquaquam esse. opus est haud paucis locis procul dubio*), atque clarissime apparet ex hac techne, et quam ineptae corruptelae iam ante Byzantiorum tempora in scripta vetera inrepserint et quam religiose illae quoque usque ad saeculum quartum decimum sint servatae. At emendare artem erit editionis alterius: nunc qua ratione haec prior instituta sit, explicemus.

Technes igitur verba ad exemplaria Monacense (M) et Leidense (L) ita constituta sunt, ut nihil fere quin in utroque vel alterutro libro inveniretur posuerim exceptis rebus graphicis et orthographicis exceptaque ea enchiridii parte quae propter horum codicum detrimenta in neutro legitur (p 54,1—59,4). a correctricibus manibus quae in M et L adiecta sunt, modo recepi in artis verba, modo in adnotationem criticam relegavi. In illa particula, qua ML carent, secutus sum Grottaferratensem; imprimi vero eam iussi litteris inclinatis, ut semper memor esses hic nos uti solis testibus deterioribus. Compluribus locis, ubi quod posui ab ipsius Dionysii manu discrepare mihi constabat, crucis signum addidi; sed noli putare ceteros omnes mihi videri sanos.

Huic κειμένῳ subieci adnotationem tripartitam. ac prima quidem pars enumerat lectiones discrepantes quae in fragmentis codicis Monacensis, ceteris libris manu scriptis (LGBTVHA), editionibus (fb) inveniuntur.

Altera pars comprehendit et discrepantias et testimonia quae insunt aut inesse videri possunt in scholiis maioribus vetustioribusque (Σ), in commentariolo Byzantio (σ), in lexico Bachmanniano (λ), in erotematis codicis Guelferbytani (E^g), codicis Vratislaviensis sive Nilianis (E^v), editionis Basileensis sive Moschopuliis (E^b), codicis Tubingensis (E^t), denique in scriptoribus aliis graecis latinisque. atque ex quattuor illis catechismis ab Dionysii arte oriundis et ex aliis scriptoribus non solum eas discrepantias exscripsi, quae ad diversas technes lectiones referendae videbantur, sed multas quoque quas in nullo umquam ipsius artis exemplari lectas esse verisimile est. quod feci

---

*) hunc locum tetigi in dissertatione *Zur Wiederherstellung des ältesten occidentalischen Compendiums der Grammatik* inscripta (*Festschrift zur Begrüssung der XXXVI. Philologenversammlung* p 61—85), quam dictavi intra paucos dies idque negotiis obrutus scholasticis, nec fecissem hercle nisi deesse nolle me dixissem, ubi philologi Caroliruham convenientes salutarentur. Factum autem illa festinatione est, ut non nulla ibi dicerentur quae nunc non abesse quidem sed aliter dicta mallem.

quia utile videbatur observare, per quos mutationis gradus doctrina Dionysiana ad recentiorem aetatem propagata esset. Ordinavi autem locos scriptorum plerumque non ex auctorum temporibus, sed ex cognatione et similitudine ea quae aut inter Dionysium et testes singulos aut inter testes ipsos intercedit.

Tertia denique adnotationis parte continentur quae Merxius interroganti mihi respondit de interpretatione armeniaca. atque ubicumque ex prima secundave parte apparet vel suspicari licet exemplaria artis inter se discrepuisse et lectionum diversarum alicui ab Armenio testimonium accedit, ibi semper, quid testis ille legerit, indicatum est. nec minus prolata quae interpres propria habet ab omnibus aliis testibus dissentientia, exceptis tamen plerumque eis quae aperte ex linguae armeniae indole repetenda sunt nec quicquam faciunt ad exemplar technes quo interpres utebatur cognoscendum.

Simili ratione usus sum in eis quae de versione syriaca paragraphorum 11—20 protuli in Addendis.

Conspectum earum rerum quae his prolegomenis, dissertatione Merxiana, ipsa arte, supplementis artis tractantur, item siglorum quae in adnotatione usurpavi explicationem habes in ultimis huius voluminis paginis.

De indicum graeci et latini rationibus siglisque quae dicenda erant, praemisi indicibus ipsis.

Restat ut de supplementis technes pauca disseram.

Pro horum vetustissimo habendi sunt Theodosii Alexandrini*) κανόνες εἰϲαγωγικοὶ περὶ κλίϲεωϲ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων, quos Bekkerus in Anecdotorum suorum tomo tertio p 975—1061 edidit. hi quia saepius in uno volumine cum techne legebantur, factum est ut ipsi quoque ab Dionysio scripti esse putarentur, velut in codice Monacensi 284 post librum Theodosianum aliaque sympleromata fol 69 minio haec scripta inveniuntur: ἔνιοι δὲ λέγουϲιν ὅτι καὶ οἱ κανόνεϲ ῥημάτων καὶ ὀνομάτων διονυϲίου θράκου (sic) εἰϲί. indidemque factum ut etiam alia supplementa artis adscriberentur Theodosio. Explanati autem sunt canones Theodosiani ipsi quoque ab interpretibus compluribus: Ioanne Charace, Georgio Choerobosco (qui quae dictabat discipulis suis libri illustrandi causa, ex codice Coisliniano anno 1842

*) quem post Herodianum scripsisse demonstrant p 1059_2: Ἀπολλώνιοϲ δὲ ἐὰν τεθείκωμαί φηϲιν εἶναι αὐτὸ (scil coniunctivum perfecti passivi) ἀμαρτύρωϲ, ὥϲ φηϲιν Ἡρωδιανόϲ, ante exitum quinti saeculi fuisse hinc efficitur, quod tabulam flexionum τύπτω verbi ex Theodosii canonibus verbalibus excerptam Armenius transtulit. exeunti quarto, ineunti quinto tribuendus, si idem est atque ὁ θαυμάϲιοϲ γραμματικὸϲ Θεοδόϲιοϲ, cui Synesius salutem mittit epistula IV ad Euoptium fratrem Alexandriae versantem data (p 645 b ed. Herch.). quam suspicionem haud improbabilem proposuit Nicolai in hist. litt. graec. t. III p 156.

vulgavit Gáisfordus), ab Sophronio, Alexandriae patriarcha (cuius σχόλια σύντομα ἐκ τῶν τοῦ Χάρακος exhibet codex Havniensis 1965 p 343—437), denique ab Theodoro Prodromo (in Goettlingii Theodosio p 89_{25} seqq). item in erotemata hos canones quoque conversos legis in catechismis Guelferbytano, Moschopulio, Niliano, Tubingensi. ex quibus interrogamentis nec minus ex Sophronii Prodromique commentariis quae scitu digna sunt proferet Hilgardus in ea quam parat regularum Theodosianarum scholiorumque Choerobosci nova editione.

Ea vero sympleromata quae infra edidi longe minoris quam canones Theodosii ambitus sunt.

De supplementorum quae edidimus primo.

Κατὰ προσῳδίαν recitare iubentur discipuli ab artigrapho § 2; verum neque quot prosodiarum genera distinguenda sint praecipitur nec ullum verbum in tota arte legitur de spiritibus, de apostropho, de dirimendi coniungendive signis, sed de tenoribus tantum brevissime docemur § 3, deque vocalibus correptis et productis in paragrapho de litteris. quapropter arti caput adiectum περὶ προσῳδιῶν, quod Bekkerus publici iuris fecit Anecd. II p 674—675. De huius auctore in Porphyriana explanatione, de qua mox dicetur, haece leguntur BA 676_3: ἰστέον ὡς ὁ Θρᾷξ Διονύσιος ὁ περὶ τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου διδάξας ἡμᾶς καὶ ἔτι πρὸ τούτων περὶ στοιχείων καὶ συλλαβῶν καὶ λέξεως οὐκ ἀπὸ τῶν προσῳδιῶν ἤρξατο, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὅρου τῆς γραμματικῆς. τὰ δὲ περὶ προσῳδίας ἕτερός τις, τούτου μεταγενέστερος, διὰ τοὺς ἄρτι τῆς γραμματικῆς ἀρχομένους ἀναγκαίως ἐδίδαξε. sic Vaticanus 14 Hamb. p 60, nisi quod errore λέξεων pro λέξεως et τοὺς γραμματικοὺς pro τῆς γραμματικῆς scripta sunt. nec nisi in pusillis rebus discrepant Baroccianus 116 fol 21^r Palatinus 70 fol 221^r Vaticanus 240 fol 1^r Marcianus 652 fol 106^r Parisinus 2542. verum Parisinus 2603 (non 2542 quem Bekkerus laudat) Vatic. 1751 fol 17^r Hamburg. p 369 haec habent pro τὰ δὲ περὶ προσῳδίας et sequentibus verbis: ἄλλος δέ τις μεταγενέστερος, Θεοδόσιος τοὔνομα, τὸν Ἀλεξανδρέα φημί, τούς τε ὀνοματικοὺς κανόνας καὶ τοὺς ῥηματικοὺς ἐτεχνάσατο, ὃν δὴ καὶ τῶν (τῶν περὶ Vat. H) προσῳδιῶν τινες παριστῶσι συγγραφέα διὰ τὸ ἀσαφῶς περὶ τόνων διδάσκειν τὸν Διονύσιον. ἄλλοι δὲ καὶ τοῦτο τοῦ θεολογικωτάτου Γρηγορίου λέγουσιν εἶναι τὸ πόνημα, ὃς κἂν τούτῳ θέλων ἄρχεσθαι τοὺς εἰσαγομένους εἰς τὴν γραφὴν ἀπ' αὐτοῦ θεοῦ τοὺς κατὰ στοιχεῖον ἰάμβους ἐπόδισε (ἐπόνησε Vat. H) τὸν καθ' ἕκαστον οἰκείαν ἔννοιαν ἀπαρτίζοντα. εἶτα καὶ περὶ προσῳδιῶν διέλαβεν, ἀπαριθμήσας ταύτας καὶ διαιρήσας (ἀριθμήσας H) καὶ κατὰ τὴν τῶν εἰσαγομένων δύναμιν συγγραψάμενος. quibuscum conferenda quae in margine Parisini 2542 ad ἕτερός τις adiecta sunt: τὸν ἀλεξανδρέα αἰνίττεται Θεοδόσιον, et quae in Taurinensi 261 (c I 25) fol 69 nullo titulo praemisso leguntur: ὁ Θρᾷξ

Διονύcιος οὐκ ἀπὸ τῶν γραμμάτων (vide supra p XXII 39 — XXIII 29) ἢ τῆς προcῳδίας ἤρξατο ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὅρου τῆς γραμματικῆς. Θεοδόcιος ὁ 'Αλεξανδρεὺς ἀπὸ Θεοῦ ἤρξατο (cfr. supra p XXII 10 et 16), εἶτα περὶ προcῳδιῶν. ἡμεῖς δὲ ἐξ 'Ηρωδιανοῦ ἐκλεξάμενοι ἀπὸ τῆς προcῳδίας ἀρξώμεθα, denique quae Anonymus codicis Matritensis LXXXIII fol 55 (Iriart. p 314) scribit: οὗτος ὁ Διονύcιος ἀγράφως ἀcκήcας τὴν τέχνην, ἐγγράφως πρῶτος ἐξέδωκεν, οὐκ ἐκ προcῳδίας ἀρξάμενος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὅρου τῆς γραμματικῆς. Θεοδόcιος δὲ ὁ 'Αλεξανδρεὺς μεταγενέςτερος ἐφάνη. Ergo canonum nominalium et verbalium auctorem hunc quoque prosodiarum tractatum addidisse erant qui censerent, idque ideo, opinor, quia illud vetustissimum artis supplementum composuerat. At alii Gregorium dicebant auctorem esse, de quibus verbis Osannus post Pseudophilemonem p 304 (hic enim primus locum ex Parisino 2603 edidit): *Sequentia*, inquit, *videlicet corrupta satis cum a me fatear parum intellegi, ut nisi temerariam corrigendi libidinem ausus quomodo sanem equidem non habeam, satius duxi fideliter e codice repetere: cum argumento tamen, quod an Gregorium Nazianzenum vere attingat dubito, apte contuleris drama illud Gregorii nomine vulgo inscriptum* Χριcτὸς πάcχων, *de quo ea qua solet eruditione nuper disseruit Abrah. Eichstadius.* haec Osannus eo quo solebat uti dicendi genere. Goettlingius in praefatione Pseudotheodosio praemissa p XVI: *corrigendus est Theodosius Byzantinus*) apud Osannum Philem. p 304 et Bekkerum Anecd. p 1141 et pro* θεολογικωτάτου Γρηγορίου *legendum* θεολογικωτάτου Γεωργίου (*Choerobosci*). Θεολογικώτατος *dicitur Choeroboscus quod* διάκονος *erat et* χαρτοφύλαξ *et de rebus theologicis scripsit.* Mauritius Schmidt autem Philol. VIII p 243: *Von einem Gregor oder Georg (Choerobosk?) kann das blatt nicht herrühren, da Porphyr, der eine exeget desselben, früher als diese fällt**) und ausserdem Choerobosk, ein anderer ausleger, zugleich verfasser und ausleger wäre.* ad quae in inferiore margine adicit: *Was* δc κἀν τούτῳ — cυγγραψάμενος *auf s. 1141 Bekk. heisse, ist kaum zu verstehen. Möglich, dass statt* κατὰ cτοιχεῖον *zu lesen* κατὰ cτίχον. *Er schrieb ein hierher einschlagendes grammatisches Buch in iamben, eine paraphrase eines prosaischen, so dass er aus jeder zeile einen vers machte.* Et haec aporia solvitur et Goettlingii mutatio refutatur eis quae exhibet Leidense technes exemplar in primis paginis, vide supra p XXII 1. unde patet revera Gregorium Nazianzenum, qui saepe κατ' ἐξοχὴν θεολόγος appellatur, pro auctore supplementi περὶ προcῳδιῶν habitum esse. cui opinioni num quis fidem adiuncturus sit, nescio. equidem hanc non magis flocci facio quam illam sententiam, qua Theodosio Alexandrino additamentum

*) hic Byzantinus Theodosius non fuit nisi in opinionibus Osanni Goettlingii eorumque qui illis credidere.

**) etenim Schmidtius putabat interpretem fuisse philosophum Platonicum.

attribuitur. nec tertium nomen proferam.*) neque aetatem tractatus definire conabor, nisi ita ut dicam, additum eum esse antequam artis interpretatio armeniaca facta sit.**)

Explanationes huius breviarii habemus duas ampliores, quarum altera (quam primus edidit Villoiso Anecd. II p 103—118, deinde Bekkerus Anecd. II p 675—703) hoc titulo praemisso Πορφυρίου περὶ προϲῳδίαϲ legitur in Barocciano 116 fol 21r***) Marciano 652 fol 106r Palatino 70 fol 221r Vaticano 240 fol 1r Vaticano 260 fol 127r. in quibus sic incipit: Ἰϲτέον ὅτι ὡϲ ὁ Θρᾷξ Διονύϲιοϲ ὁ περὶ τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου διδάξαϲ ἡμᾶϲ κτλ (= BA 676_3). In Vaticano 1751 fol 17r et Hamburgensi p 369 idem commentarius invenitur alia instructus inscriptione: Γεωργίου γραμματικοῦ τοῦ Χοιροβοϲκοῦ περὶ γραμματικῆϲ, et alio initio: Περὶ γραμματικῆϲ γράφειν προθέμενοι ἀκαιρίαϲ γραφήϲεϲθαι ὑπειλήφαμεν, τοῦ προτεθέντοϲ ἀφέμενοι, προοιμίοιϲ ἐπιτεταγμένοιϲ καὶ ἀνοικείοιϲ τῇ παρούϲῃ πραγματείᾳ καταϲκευαῖϲ τὴν γραφὴν ἐπιχρωννύμενοι, ὥϲ τινεϲ ποιεῖν πολλάκιϲ εἰώθαϲιν ἐπιδείξεωϲ ἕνεκα. Ἰϲτέον τοίνυν ὡϲ ὁ Θρᾷξ Διονύϲιοϲ ὁ περὶ τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου διδάξαϲ ἡμᾶϲ κτλ. quae eadem verba praebet Parisinus 2603, sed hoc indice praefixo: Θεοδοϲίου γραμματικοῦ περὶ γραμματικῆϲ, atque Parisinus 2542 fol 11r, sed his praemissis: Πορφυρίου περὶ γραμματικῆϲ. Denique in Vaticano 14 fol 13r et apographo Hamburgensi p 60 hic titulus legitur: ἐκ τοῦ περὶ προϲῳδιῶν καὶ ἄλλωϲ, et hoc principium: Ἰϲτέον ὡϲ (non ὅτι ὡϲ) ὁ Θρᾷξ Διονύϲιοϲ ὁ περὶ τῶν ὀκτὼ μερῶν κτλ. subiungitur autem explanatio in his duobus codicibus libello Γεωργίου τοῦ Χοιροβοϲκοῦ περὶ προϲῳδιῶν (= BA 703—708)†). Theodosii nomen commentario perperam inditum esse patet nec aliam ob causam, nisi quia κείμενον Theodosio tribuebatur. reliquorum autem nominum neutrum prorsus falsum esse intellexit Hoerschelmannus in Actis societatis philologae Lipsiensis V

---

*) Ipsi Dionysio caput περὶ προϲῳδιῶν adscribitur in codice scholiorum Neapolitano (N), in cuius folio 115r legimus: προϲῳδία Διονυϲίου τοῦ Ἀλεξανδρέωϲ ἀπὸ φωνῆϲ διαφόρων ἐξηγητῶν. at nescio an hic Διονυϲίου ex Θεοδοϲίου nomine corruptela ortum sit.

**) Olim opinatus sum scriptam esse non eam quidem supplementi formam, quam nos in codicibus legimus, sed genuinam ante Herodianum.

***) Bekkerus dicit in Barocciano illum titulum additum esse a rec. m., verum etiam a prima manu exarata leguntur in superiore folii margine πορφ..ίου... προ... ΐαϲ. quod idcirco alicuius momenti est quia Bar. videtur omnium quos simul laudavi codicum archetypon esse.

†) qui in eisdem sic finitur: ἐν οἷϲ οὖν τὸ χαλκοῦϲ ϲιδηροῦϲ χρυϲοῦϲ ἀργυροῦϲ ἁπλᾶ εἰϲι, καὶ εὐλόγωϲ περιϲπῶνται (= BA 708_{30-32}). Τῶν δὲ τεχνογράφων οἱ μὲν ἀπὸ λόγου ἤρξαντο, οἱ δὲ ἀπὸ ὅρου, ἔνιοι δὲ ἀπὸ λέξεωϲ, ἄλλοι δὲ ἀπὸ ϲυλλαβῆϲ, τινὲϲ δὲ ἀπὸ ϲτοιχείου. εἰϲὶ δὲ καὶ οἱ (οἱ om H) ἀπὸ φωνῆϲ ἀρξάμενοι ὃ καὶ ἄμεινον. ἡ γὰρ ὅληϲ (lege ὕλη) γραμματικῆϲ λέξιϲ ἐϲτί (λέξιϲ αὐτή ἐϲτι H), ϲυνέϲτηκε δὲ ἐκ ϲυλλαβῶν, αἱ δὲ ϲυλλαβαὶ ἀπὸ ϲτοιχείων, τὰ δὲ ϲτοιχεῖα ἡ πρώτη καὶ ἄτομοϲ φωνὴ ὑπάρχει (= BA 730_{5-11}).

p 297—301. scripsit scholia Choeroboscus, descripsit nonnullis mutatis Porphyrius. cfr quae supra disputata sunt de technes commentariis Choeroboscoheliodoreo et Melampododiomedeo.

Altera ampliorum breviarii explanationum, quam Bekkerus 709_1—720_4 publici iuris fecit, anonyma est. legitur in Vaticano 14 fol 24ʳ —28ᵛ et in apographo Hamburgensi p 82—91 post eam de qua modo diximus interpretationem sic inscripta: περὶ προσῳδίας καὶ ἄλλως. hoc commentario Mauritius Schmidt Philol. VIII p 245 iniuria putavit Porphyrium usum esse; immo inferiori aevo tribuendus est quam Porphyriana vel Choerobosci explanatio, id quod ex adnotatione supplemento a me subscripta satis apparebit.

Quam vero apud Bekkerum p 703—708 inter Porphyrii et Anonymi interpretationes invenimus Γεωργίου τοῦ Χοιροβοσκοῦ περὶ προσῳδιῶν expositionem, ea non est supplementi explanatio, sed commentatio αὐτοτελής. quod si animadvertisset Hoerschelmannus, non abiudicasset idcirco disputationem ab Choerobosco (cui omnes quos novi codices praeter duos adscribunt), quia a Porphyrii i. e. Choerobosci commentario ita discreparet, ut quae in hoc vituperarentur supplementi verba in illa silentio praetermitterentur. legitur expositio in Vaticano 14 fol 11ʳ et apographo Hamburgensi p 55 post BA 673_{15} (ταῦτα ἐν οἷς σὺν θεῷ καὶ τὰ προλεγόμενα τῆς τέχνης Διονυσίου); in Barocciano 116 fol 27ʳ Marciano 652 fol 115ʳ Palatino 70 fol 249ᵛ Vaticano 240 fol 13ʳ post commentarium Porphyrianum; in Burbonico II D 4 (N) fol 115ʳ post scripta grammatica alius argumenti. in Londiniensi Mus. Brit. Add. 5118 (C) fol 1 sic inscripta invenitur: παρεκβολαὶ διαφόρων γραμματικῶν περὶ γραμματικῆς μεθόδου ἀρχόμεναι ἀπὸ τοῦ περὶ προσῳδίας, similique sub titulo in Matritensi 81 fol 1.

Explanant autem breviarium etiam commentariolus Hilgardianus et lexicon Bachmannianum; in erotemata conversum praebent catechismi Guelferbytanus Moschopulius Nilianus Tubingensis Schellersheimianus Vindobonensis; transtulit Armenius.

Edidi equidem supplementum ad fidem Leidensis libri, ita tamen ut non prorsus excluderem omnia quae illo non praebentur, sed non nulla quae alii codices soli habent, aut huiusmodi uncis [ ] circumscripta recepi, qui hodie ad ἀθέτησιν significandam usurpari solent, aut talibus ⟨ ⟩, qui indicant inclusa verba inserenda esse. subscripsi autem discrepantes lectiones Leidensis, Grottaferratensis, Vaticani 1370 (B), Barocciani 116 (O), Hamburgensis, editionis Bekkerianae; non addidi scripturas Veneti 652, quia in hunc dubitari nequit quin supplementum ex Barocciano fluxerit. Deinde testimonia et discrepantiae scholiorum, erotematum, scriptorum aliorum, interpretationis armeniacae, sicut sub artis ipsius verbis, adiecta sunt. ex quibus elucet codices omnes compendium περὶ προσῳδιῶν valde depravatum exhibere.

De supplementorum quae edidimus secundo.

Grammaticae notio ut plane conciperetur, videbatur opus esse generalem artis quoque notionem circumscribere. unde factum est ut pervulgata Stoicorum definitio τέχνης ac divisio generis enchiridio Dionysii adicerentur.

Explicant hoc supplementum duo scholiastae in collectione Vaticana BA 720_8—723_9 et 721_{25}—722_{33} 726_{6-21}, quorum alter ipsi tribuit technographo, vide 720_{8-11} 721_{20}. in lexico Bachmanniano explanatur vox τεκτονική. absunt artis definitio et partitio a commentariolo Hilgardiano, nec conversae ab Armenio sunt, sed receptae in erotemata Guelferbytana Moschopulia Schellersheimiana.

Codices adhibui LGBVH. O librum qui fol 44r hoc additamentum exhibet conferre neglexi. ex H vero non eas tantum lectiones quae p 2 inveniuntur protuli, sed etiam quae p 6 et p 289, quibus locis ὅρος iterum et tertium legitur.

De supplementorum quae edidimus tertio.

In eis quae discipuli et debebant discere nec poterant ex Dionysii arte, pedum metricorum quoque notitia erat. ergo etiam horum enumeratio brevisque descriptio addita est, quam ipsam quoque erant qui Dionysio tribuerent. vide quae verba in fine huius metrici capitis Leidensis liber et Calusianus exhibent: ἄξιος αἰνεῖσθαι Διονύσιος ὃς τάδ' ἔγραψεν, et quae ex Calusiani folio 47 Peyro (p 239 apud Sturzium) exscripsit: τοῦτο δὲ τὸ μέτρον (scil iambicum) οὐκ εἶπε Διονύσιος, ἀλλ' ἡμεῖς διὰ τὴν τῶν νέων ὠφέλειαν προσεθήκαμεν, denique quae in artis prolegomenis BA 673_6 leguntur: διαλαμβάνει γὰρ καὶ περὶ τῶν μερῶν τοῦ λόγου ὡς ἐν συντόμῳ καὶ περὶ τῶν μέτρων.

Hoc additamentum in scholiis Dionysianis explanatum non invenitur nec magis in erotematis occurrit; legebatur vero iam ab Armenio. at ab hoc interprete cognoscimus genuinam supplementi formam eam fuisse, ut bisyllabi et trisyllabi tantum pedes enumerarentur, nihil adderetur de tetrasyllabis. indidem discimus de heroico metro disputationem posteriore demum tempore ad pedum descriptionem additam esse: nam hanc quoque quin conversurus fuerit Armenius, si invenisset, non dubito, cum in artis paragrapho 10 ipsos hexametros graecos diligenter imitatus sit. denique aetate etiam inferiore videntur inter hexametri locorum singulorum descriptionem et eiusdem versus caesurarum expositionem inserta esse de pedibus trimetri iambici praecepta.

Edidi hoc supplementum ad fidem libri Monacensis usque ad p 122, 7 τί, quae est fragmenti codicis illius vox ultima. ab hac voce usque ad finem secutus sum Leidensem. subscripsi autem discrepantes lectiones Parisini pervetusti 1983, ex quo in Crameri Anecd.

Paris. I p 383 publici iuris facta erant quae infra leguntur p 117, 4—121, 9. denuo contulit hunc codicem in meum usum ac descripsit ea quae p 121, 10—122, 12 leguntur Henricus Lebègue, Caroli Graux (cuius immaturam mortem omnes philologi germanici quoque lugemus) discipulus, vir peritissimus et mire officiosus. praeterea ad p 117, 4—122, 12. 123, 6—124, 5 addidi Chisiani misc. R IV 11 scripturas, de quo diligenter et docte rettulit Mangelsdorfius progr. Caroliruhensi a. 1876. quae autem in illo programmate edita non est descriptionis pedum pars, de ea ex schedis suis Studemundus meus me certiorem fecit. denique etiam Vaticani Palatini 23 lectiones subieci p 121, 10—122, 12, quas ibidem Mangelsdorfius protulerat. post codicum autem lectiones in adnotatione sequuntur discrepantiae aut testimonia aliorum metricorum graecorum latinorumque et Armenii.

De supplementorum quae edidimus quarto.

Aptum visum est in discipulorum usum omnes τύπτω et τίθημι verborum formas, quae ab Theodosio tractantur, nulla addita explanatione componere et quasi uni adspectui subicere. hoc factum esse iam ante exitum saeculi quinti testantur versiones armeniaca et syriaca, quarum utraque paradigma τύπτω verbi imitatur. ergo haec vox, qua etiam nos pueri ad flectenda verba instituti sumus, ab Theodosii temporibus *) non solum in graecis scholis regnabat, sed subegit orientem quoque. nunc abolita est, sicut in nostris quidem ludis ipsa verberandi actio, cum remaneat et paradigma et paedagogica amandi.

Publici iuris feci hanc tabulam flexionum verbi τύπτω ad fidem solius codicis Monacensis**) ne additis quidem hic discrepantiis apographi Leidensis. sed in quibus discrepent plena canonum Theodosianorum exemplaria et quae legerit Armenius, adnotatio indicat. τίθημι vero verbi flexionum tabulam addere praetermisi, quia plane eodem modo adornata est, formas autem ipsas cognoscere licet ex Theodosii libro.

Haec quattuor supplementa vetusta appellare possumus, quia primum tertium quartum iam ab Armenio legebantur, primum et secundum ab vetustioribus scholiastis explanantur. Ordo eorum alius in aliis erat exemplaribus. Armenius post artem legebat supplementa I III IV; Syrus quartum certe. postea primum arti praepositum est, quod iam

*) Iam Dionysius hoc exemplo utitur neque vero ubi de verborum coniugationibus disserit p 54, 2 (ibi κόπτω est exemplum verborum primae coniugationis in πτω desinentium), sed ubi de verborum diathesibus vel generibus p 49, 1 atque ubi de numeris p 51, 2.

**) Exscripsit eam Hilgardus, exscriptam cum codice denuo contulit Bursianus meus.

ante Choeroboscum factum esse demonstrant ea verba commentarii Choeroboscoporphyriani, de quibus modo disputavimus, BA 676_5: οὐκ ἀπὸ τῆς προσῳδίας ἤρξατο (scil ὁ Διονύσιος) ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὅρου τῆς γραμματικῆς. atque etiam secundum supplementum arti praemissum (subiectum primo) legisse Choeroboscum suspicari licet ex 676_{14}. certum est hunc ordinem ante oculos habuisse autorem lexici Bachmanniani, idemque invenitur in erotematis Guelferbytanis Moschopuliis Schellersheimianis, in codicibus Leidensi Grottaferratensi Vaticano 1370 Barocciano 116 Marciano 652 Palatino 70 Hamburgensi. ego omnia sympleromata post artem conlocavi, ipsa autem disposui ita ut disposita in Leidensi sunt.

Plura supplementa antiquiore quidem tempore arti adiecta esse nescimus. neque enim assentiri possum Merxii opinioni, qui etiam nominalium flexionum tabulam Armenium invenisse in suo technes exemplari suspicatus est (v. infra p LXI 21). nam quod declinationis exemplum in codice armeniaco Parisino 127 legitur, id neque ante tabulam flexionum verbalium neque post eam invenitur, sed ultimo loco post eam interpretationum brevium collectionem, qua aliquot technes et supplementorum vocabula eodem quo illic occurrunt ordine explicantur. neque constat illud paradigma nominale nisi ex singulari flexione eius nominis quod *deum* significat. accedit denique quod in nullo artis codice tabula declinationum nominalium omnis explanationis expers adhuc inventa est. sed Moschopulus demum in erotematis correctis videtur ex Theodosii canonibus onomaticis vel potius ex catechismo, in quem illi canones quoque recepti erant, ita formas singulas singularum declinationum excerpsisse atque composuisse, ut multo antea τύπτω et τίθημι verborum flexiones ex Theodosii libro ipso excerptae sunt (vide Appendicem p VI et VIII). quae cum ita sint, de suo videtur mihi illud παραδειγμάτιον grammaticus aliquis armenius addidisse.

At alia supplementa plurima inferiore aetate praeter vetusta illa quattuor arti adiecta sunt testibus libris Monacensi Leidensi aliis:

1. series duplex iamborum acrostichorum ab Gregorio Nazianzeno confectorum, quibus discipuli tam ad mores candidos institui poterant quam ad cognoscendas litterarum singularum figuras, sonos, ordinem. vide supra p XII 14 XXII 1. hos iambos una cum supplemento περὶ προσῳδιῶν Theodosio Alexandrino tribuit is, qui quae supra p XLIX 3 ex Taurinensi codice protuli scripsit.

2. eiusdem generis iambi ab Ignatio Diacono compositi, vide p XII 16 XXII 17.

3. de patria Dionysii narratio, ex vetustis in artem prolegomenis excerpta, v. p XXII 29.

4. de alphabeti graeci origine commentatio, quae ex veteribus in

artis paragraphum sextam scholiis desumpta videtur, v. p XII 9. XXII 39.

5. enumeratio nominum, quibus litterae singulae appellabantur, v. p XII 19. XXIII 18.

6. de litterarum singularum natura et usu, v. p XII 11. XXIII 25. ad supplementa 4. 5. 6 refero quae in Taurinensi 261 fol 69 leguntur: ὁ Θρᾷξ Διονύcιοc οὐκ ἀπὸ τῶν γραμμάτων ἢ τῆc προcῳδίαc ἤρξατο, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὅρου τῆc γραμματικῆc (v. supra p XLIX 1).

7. expositiones complures ex prolegomenis vetustis excerptae, quae quid ὅροc, quid τέχνη, quid γραμματικὴ sit docent. quarum una in nonnullis codicibus tribuitur Theodosio. vide p XXIII 40—XXIV 29.

8. de pedum metricorum nominibus, quae commentatio in uno codice Dionysio adscribitur ipsi, v. p XIV 3. XXIV 38.

9. de metro iambico, v. p XIV 19. XXV 1.

10. de metro heroico disputatio diversa ab ea quae in supplemento nostro tertio invenitur, v. p XIV 26—XV 12. XXV 3—6.

11. de metro elegiaco, v. p XV 13. XXV 7.

12. de versibus anacreonteis, v. p XV 27—XVI 6. XXV 10.

13. de barbarismo et de soloecismo expositiones breves, v. p XVI 7—10. XXV 12—13.

14. de dialectis ionica attica dorica aeolica communi ἐκ τῶν Ἰωάννου γραμματικοῦ τεχνικῶν, v. p XVI 11. XXV 15.

15. conspectus flexionum pronominalium, v. p XXVI 10. XXVII 15.

16. praecepta de tenore circumflexo, v. p XXVI 17 et XL 33. Theodosii sunt in Parisino 2554.

17. erotemata de circumflexione, quae Theodosio tribuuntur aut Dionysio ipsi, v. p XXVI 24.

18. de orthographia commentatio, quae videtur ex Ioannis Characis libro originem ducere, v. p XXVI 31—XXVII 12. XL 34.

19. de vocalibus ancipitibus disputatio, quae non videtur desumpta ex Arcadii libro XX, sed ex artis Dionysianae supplementorumque exemplari in epitomam prosodiae Herodianeae, sicut περὶ προcῳδιῶν supplementum, translata esse ab eo qui vicesimum librum addidit. vide p XXVII 37 et XLI 2.

20. de flexione nominum in ων desinentium, v. p XVII 27. XXVIII 27.

21. de tropis poeticis liber Georgii Choerobosci, v. p XXVIII 42 et Baroccianum 116 fol 223ᵛ (in Coxii catalogo col 194).

22. lexicon orthographicum v. p XII 21 et XVII 34.

23. praecepta de spiritibus quae praebent ante regulas de vocalibus ancipitibus Vaticanus 1370 fol 138 Baroccianus 116 fol 50ʳ - 50ᵛ Palatinus 70 fol 247ʳ—248ʳ Marcianus 652 fol 170ᵛ—172ᵛ Coislinianus 176 fol 27ᵛ—28ᵛ Monacensis 284 fol 60ʳ—62ᵛ Hamburgensis p 25 seqq, ac fortasse exhibebat etiam Monacensis 310 in quaternione XVI aut

XVII (v. supra p XIX), verum legere in hoc non iam licebat ei qui Leidensem exaravit (v. p XXVII 27—36). incipiunt πᾶϲα πρόθεϲιϲ ἀπὸ φωνήεντοϲ ἀρχομένη ψιλοῦται πλὴν τῆϲ ὑπό καὶ ὑπέρ. mutuatus autem est hoc quoque breviarium pneumatologicum qui Arcadii librum vicesimum composuit: p 196—227 Bark. 222—227 Schm.

Haec supplementa, si Asclepio placebit, alias edam.

In calce praefationis gratiae agi solent. quod officium cum in omnes fere editores cadit tum in memet magis, opinor, quam in ceteros. ac bybliothecariorum quidem nomina, qui huc transmittere libros manu scriptos pretiosissimos ne incendii quidem formidine deterriti sunt, iam supra praedicavi. eos quoque viros, qui contulerunt in meum usum codices aut descripserunt, extuli. sed adiciendum, permulta etiam Palatinae bybliothecae praefecti, Zangemeisteri nostri, sedulitati officiosae me debere. ac gratissimo animo eorum beneficia collaudanda sunt qui ut haec editio absolvi posset effecere. eos dico qui pro oculis mihi erant in plagulis corrigendis, prolegomenis componendis, indicibus conficiendis: AHilgardum CPfaffium FrSchoellium HStadtmuellerum GThilonem CWachsmuthium. quorum quem secundo loco nominavi, is summa diligentia congessit graecum indicem. neque LSuetterlinum, discipulorum gymnasii Heidelbergensis nunc principem, qui dictanti a manu erat, aut sollertiam typothetarum officinae Teubnerianae aut Teubneri ipsius patientiam laudibus suis defraudare decet meritissimis.

DE

ARTIS DIONYSIANAE

INTERPRETATIONE ARMENIACA

DISPVTAVIT

ADALBERTVS MERX

PRAEMONITUM

I Cum neque in adnotatione textui supposita neque in disquisitione sequenti litterae armeniacae scribi possent, cogitandum erat de ratione, qua litterae armeniacae latinis redderentur. Quod ita optime fieri nemo negabit, ut et linguae sonus exprimatur et signa singula latina certa quadam lege armeniacis respondeant. At augendus erat numerus signorum latinorum, ne compositis litteris simplicibus confusio oreretur quam maxima, cum id imprimis agendum videretur ut una littera armeniaca latinâ unâ exprimeretur. Itaque signis latinis adiecimus hasce litteras novas: ĕ qui est sonus brevissimus et obscurus, j̇ = j francogallico in joli; g′ = gi Italorum in già; ṡ = sch germanico, ch gallico in chou, sh anglico in shield; ċ = ci Italorum in cielo, ch Anglorum in church, child, denique p′ quod sono a p, π non differt, quamvis processerit ex graeco φ.

II Verum non sufficit addidisse hasce litteras ĕ, j̇, g′, ṡ, ċ, p′ litteris latinis: exstant litterae armeniacae, quae non nisi compositis duabus litteris latinis ita possunt exprimi, ut lectores quomodo pronuntiandae sint intellegant. Itaque duas litteras latinas coniunctas, quae uni armeniacae respondent, adhibuimus, ita tamen ut lineola supposita indicaverimus, unum esse signum in scriptura armeniaca. Iuxta e = ե tali modo adhibitum invenies ie, quia Armenii occidentales Constantinopolitani litteram ե saepe efferunt ie. Sic et vo idem est quod o. Signa secundum hanc legem composita haec sunt: th quod pronuntiatur t; kh quod est ch germanicum in Koch, arabicum خ; gh quod est g gutturale, arabicum غ. Novissimis temporibus ex l faucali exortum est, antiquitus pro graeco λ est positum. Quae supersunt signa ds, tz, tṡ, ts, ch sonum naturalem habent. Vocalis ou graeco ου respondens sonum u habet.

III Monendum denique de signo eo, quod modo h modo j reddidimus. Signum ex syriaco Aleph desumptum utroque sono utitur, quem pro natura loci selegimus. — Sicuti duo l, quorum alterum hodie gh pronuntiatur apud Armenios exstant, sic etiam duo r, quorum alterum ṛ puncto distinximus.

IV Armenii litteras e Graecia delatas ad suum usum adhibuerunt; ordo litterarum antiquam pronuntiationem illustrat, a qua recentiores in eo recesserunt, ut medias β, γ, δ hodie tamquam tenues, tenues vero π, κ, τ hodie tamquam medias proferant. Vbi rei natura postulabat antiquiores sonos expressimus, qui cognoscuntur ex ordine quo litterae armeniacae graecis respondent. Quae a Graecis non acceperunt signa cum a Coptis desumserunt, tum ipsi e graecis excoluerunt, quemadmodum ϣ habent in forma շ = ṡ, e quo deinde mutatum est: չ = ċ. Hasce novas litteras post eas posuisse videntur, e quibus formatae sunt. — Quibus praemissis tabula litterarum facile intellegetur:

Litterae armeniacae.			Litterae e quibus profectae sunt.	Signa quibus respondent in sequenti libello.
1	Ա	ա	Α	a
2	Բ	բ	Β	p
3	Գ	գ	Γ	k
4	Դ	դ	Δ	t
5	Ե	ե	Ε	e, ie
6	Զ	զ	Ζ	z
7	Է	է	Η	ē
8	Ը	ը	—	ě
9	Թ	թ	Θ	th
10	Ժ	ժ	—	ǰ
11	Ի	ի	Ι	i
12	Լ	լ	—	l
13	Խ	խ	—	kh
14	Ծ	ծ	—	ds
15	Կ	կ	Κ	g
16	Հ	հ	coptice ϧ hai	h
17	Ձ	ձ	coptice ϭ čima	tz
18	Ղ	ղ	Λ	gh
19	Ճ	ճ	coptice ϫ ǵanǵa	ǵ
20	Մ	մ	Μ	m
21	Յ	յ	syriace ܐ Aleph	h, j
22	Ն	ն	Ν	n
23	Շ	շ	Ξ	š
24	Ո	ո	Ο	.o, vo
25	Չ	չ	—	č
26	Պ	պ	Π	b
27	Ջ	ջ	—	tš
28	Ռ	ռ	Ρ	ṛ
29	Ս	ս	Σ	s
30	Վ	վ	coptice ϥ	w
31	Տ	տ	Τ	d
32	Ր	ր	—	r
33	Ց	ց	—	ts
34	Ւ	ւ	Υ	u
35	Փ	փ	Φ	p'
36	Ք	ք	ex signo ☧ desumtum	ch
37	Օ	օ	—	ō
38	Ֆ	ֆ	—	f

Qui plura cupit adeat Hübschmanni et Gardthausenii dissertationes in Diario societatis germanicae orientalis 1876 XXX P. 53. 74 et Lagardii librum, cui inscripsit Armenische Studien 1877 P. 1.

Editor grammaticae Dionysianae huius cum omnia in usum suum vertenda censeret quae ad exercendam crisin aliquid facere viderentur, me rogavit, ut sibi quae ex versione armeniaca in usum criticum erui possent colligerem. Itaque perlecta versione armeniaca et cum textu graeco collata lectiones eas, quas Armenius secutus est, cum eo communicavi, quas benevolus lector in apparatum criticum receptas inveniet. Sed cum in hoc negotio etiam eos, qui linguae armeniacae ignari quae equidem dixerim examinare non possunt, suo iure quaesituros esse putem, quae sit indoles ac natura interpretationis armeniacae, ut de lectionibus graecis inde iudicium fieri possit, non absonum videbitur, paucis hic describere et interpretationem ipsam et eius editionem.

I

Publici iuris factus est Dionysius armeniacus a viro docto armenio M. Cirbied Parisiis 1824 in tomo sexto annalium societatis regiae antiquariorum Francogalliae, simulque aliquot exemplaria seorsum sunt expressa, quae prostant Parisiis *au Bureau de l'Almanach du Commerce rue J. J. Rousseau N. 20 et chez Delaunay au Palais Royal, Pelicier et Chatelet, Place du Palais Royal, Lacroix rue Hautefeuille N. 18.* Inscripsit Cirbiedus editioni suae: *Grammaire de Denis de Thrace, tirée de deux manuscrits arméniens de la Bibliothèque du Roi, publiée en Grec, en Arménien et en Français.*

Continet autem liber armeniacus non solum viginti quinque capita, quae a Fabricio primum graece sunt edita, verum etiam

1. caput de prosodia et nominibus acuto accentu instructis, quod graece exstat in Bekkeri anecdotis II 674, in hac editione pag. 105 sqq.

2. caput de pedibus, quod ex codicibus Monacensi et Leidensi Vhligius typis exprimendum curavit pag. 117 seqq.

3. paradigma verbi cui inscriptum est *flexiones verbi*, quod ex canonibus Theodosii verbalibus desumptum in eisdem quos modo laudavi codicibus graecis exstat et huic editioni pag. 125 seqq. insertum est. Desunt tamen apud Armenium omnia participia, quae cum apud Graecum in fine paradigmatis legantur, non ab interprete armeniaco sed culpa librarii omissa esse coicio.

4. sequitur catalogus terminorum grammaticorum, qui utrum de Graeco sit armeniace expressus an in usum discipulorum armeniacorum armeniace confectus, non constat. Cum vero comparatio instituta doceat, in hoc catalogo terminos difficiliores, qui in textu grammaticae armeniaco leguntur, eodem ordine recenseri explicarique quo occurrunt in grammatica, patet totum catalogum compositum esse ex scholiis perbrevibus antiquitus ipsius grammaticae textui in margine adiectis, quae deinde e margine secundum ordinem descripta in unum sunt collecta. Quae cum ita sint, a veri specie non est alienum, concinnatum esse catalogum ex scholiis non graecis sed armeniacis in usum discipulorum adiunctis, ideoque originem eius tribuendam esse doctori alicui armeniaco. Ceterum haec collectio terminorum eam ob causam non indigna est, quae cum ipsa grammatica conferatur, quod ex ambitu scholiorum intellegitur, quaenam capita in grammaticam Dionysianam fuerint recepta eo tempore, quo hic index vocabulorum est confectus. Cum enim scholia a capitis primi verbis hisce explanandis incipiant: ἀνάγνωσις *werdsanouthiun*, ἐντριβής *nergouṛ*, ἐνυπάρχοντας *nerkojs*, πρόχειρος *aṛ tzeṛn*, ac deinde usque ad capitis de pedibus finem pertineant, non est dubium quin hoc caput iam tunc grammaticae Dionysianae annexum fuerit.

5. denique invenitur paradigma nominis, cui inscriptum est *holowch anouants* = πτώσεις (τῶν) ὀνομάτων. Quod caput duobus versibus constans fragmentum esse inde colligo, quia singularem tantum numerum continet, nulla pluralis numeri habita ratione. Videtur igitur (siquidem catalogus terminorum technicorum nihil est nisi compositio scholiorum, quam primitus non fuisse ipsius grammaticae partem per se intellegitur) genuina grammaticae dispositio haec fuisse, ut in fine exhiberentur paradigmata et verborum et nominum, quibus praeceptores in scholis carere non poterant, quemadmodum nos quoque in fine artium grammaticarum omnis generis formas recensere et uno conspectu proponere solemus. Iam cum paradigma verbi secundum exemplar graecum confectum sit, etiam nominis formas ad archetypum aliquod graecum referendas esse magna cum veri specie dicere mihi videor. Nam ubi verbi formae recensentur, quis est quin credat nominis quoque schemata olim suum habuisse locum? neque id obstat quod in fragmento, de quo agimus, etiam instrumentalis *(aṛachagan)*, quo Graeci non utuntur, casuum numero insertus est. Etenim in grammatica ipsa quoque de casibus agens interpres armenius enumeravit sex, inter quos est instrumentalis, cum in exemplari graeco legatur πτώσεις ὀνομάτων εἰσὶ πέντε. Itaque iam in parte libelli theoretica instrumentalem non neglexit, quem in parte practica non potuisse omitti apparet.

Quae si recte exposuimus, exemplar artis Dionysianae, ex quo haec interpretatio facta est, ita videtur adornatum fuisse, ut expositionem

grammaticae philosophae, quam nostri generalem nuncupant, ea exciperet pars, qua verborum et nominum flexiones omnes uno conspectu exhiberentur, quarum ad normam ceterae voces essent conformandae.

II

Hanc igitur interpretationem cuius ambitum et dispositionem descripsimus, Cirbied edidit e duobus libris manuscriptis Parisiensibus, quorum alter numero 124 insignitus, duodecim foliis formae minimae totam grammaticam exhibet exceptis ultimis tribus capitibus, paradigmate verborum, collectione scholiorum, paradigmate nominum. Liber, cui deest indicatio temporis, ex Cirbiedi sententia saeculi est decimi quinti. Pertinuisse quondam hunc librum ad volumen maioris molis ex adnotatione finali effecit Cirbied, quam significare statuit *ex XXII libro.*

Alter codex numero 127 insignitus, formae minimae, saeculo decimo quarto vel quinto ineunte scriptus, totum quod descripsimus enchiridion continet, nisi quod primum folium periit, ita ut prima capita (duodecima fere enchiridii pars) ex uno tantum codice 124 edita sint. Ceterum hi codices adeo inter se congruunt, ut perpaucae sint lectiones discrepantes eaeque nullius omnino momenti. Quod p 17 e codice 124 affertur, consonam ζ ex *s* et *tza* compositam dici, cum codex 127 ex *s* et *d* coniunctis eam exortam doceat, falsum est: nam quod habet codex 127 cum graeco prorsus convenit: τὸ μὲν ζ̄ ἐκ τοῦ σ̄ καὶ δ̄. Quod p 39 et 58 ex codice 124 prolatum est, ad orthographiam armeniacam spectat, ita ut hoc loco silentio praetereundum sit. Vno loco p 24, ubi codices inter se differunt, emendatione opus est, nam pro *ĕsdeghatzajn* libri 127 et *ezatzajn* libri 124 facili negotio restitui potest *ĕsd ez antzajn*, quod accuratissime respondet textui graeco καθ᾽ ἓν ἄφωνον. De lectionis varietate ad versum Iliadis Ξ 1 pertinentem vide infra ad p 22, 2. Haec omnis est quam Cirbied protulit scribendi discrepantia, nec tamen inde colligi licet, textum armeniacum omnino esse sanum, quem mendis laborare constat, de quibus tamen hoc loco agendum mihi non est.

Praeter grammaticam Dionysii codex 127 continet etiam commentarios, quos in eam ab aliis scriptoribus armeniacis compositos Ioannes Ezngatsi compilavit. Quod hic obiter monuisse sufficit, cum haec res tractanda videatur, ubi de aetate agemus, qua interpretatio armeniaca confecta sit.

Tertius denique codex exstat teste Cirbiedo Venetiis in bibliotheca Mekhitaristarum, in quo tamen omnia desunt, quae sequuntur caput de prosodia. Itaque capita de flexione verborum rell. ex solo codice 127 cognoscere licet. Ceterum hoc quoque codice continentur commentarii ab Ioanne Ezngatsi collecti. Codicis aetatem Cirbied non definivit.

III

Iam qua ratione Armenius usus sit in interpretando Dionysio explanemus. Interpretis indolem facili negotio describeremus, si eum non verborum modo verum syllabarum fere ac litterarum tenacem diceremus, tamen exili hac definiendi ratione haud contenti satius duximus exemplo prolato demonstrare, quam inierit viam. Quod ubi lectores perpenderint, bene intellegent quinam eius sit usus et quae auctoritas in exercenda re critica. Quem ad finem prima duo capita graece et armeniace descripturi sumus adiecta insuper enarratione latina singularum vocum, immo syllabarum armeniacarum, ita concinnata, ut quoad fieri poterit littera litterae respondeat. Quam enarrationem latinam, in qua perpendenda lectores rogo ut Ciceronis male sint memores, si quis cum textu graeco contulerit, non poterit non intellegere satis accurate posse statui, quamnam lectionem graecam Armenius expresserit. Adnotationibus deinde ad textum armeniacum adiectis demonstrabitur, quomodo voces technicas effinxerit, quibus leges artis grammaticae tradidit.

§ 1.

῞Ορος καὶ μέρη γραμματικῆς.
Sahman iev masounch cheraganouthean.
Definitio et partes grammaticae.

Γραμματική ἐστιν ἐμπειρία τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ
Cheraganouthiun[1]) *ē hmdouthiun vorch i - cherthoghats - iev*
Grammatica est peritia quae apud poetas - et

συγ-γραφεῦσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λεγομένων. — Μέρη
i - sara-krats[2]) *iprou — pasoum angam asatselots. Iev masounch*
apud con-scriptores ut — multum tempus dictorum. Et partes

δὲ αὐτῆς ἐστιν ἕξ. Πρῶτον ἀνά - γνωσις ἐν - τριβὴς κατὰ
— *ien nora wiets. Nakh wer - dsanouthiun*[3])*ner - gour*[4]) *ěsd*
— sunt eius sex. Prima supra - cognitio in - trita secundum

προς - ῳδίαν. δεύτερον ἐξ - ήγησις κατὰ τοὺς ἐν-υπάρχοντας
ar-okanouthean.[5]) *Iergir zroutsa-drouthiun*[6]) *ěsd — ner - kojs*
ac - centum. Secunda vocis - portatio secundum — in-stantes

ποιητικοὺς τρόπους. τρίτον γλωσσῶν τε καὶ — ἱστοριῶν
cherthoghagan heghanags[7]). *Ierir lezouats iev (hnakēd) badmoutheants*
poeticas versiones. Tertia linguarum et (antiquarum) narrationum

πρό - χειρος ἀπό - δοcιc. τέταρτον ἐτυμο - λογίας εὕρεcιc.
ar - tzern[8]) *patsa-drouthiun*[9]). *corir sdouka-panouthean*[10]) *kiud.*
ad - manum foras - ductio. Quarta veri - loquii inventio.

πέμπτον ἀναλογίας ἐκλογιcμόc. ἕκτον κρίcιc
hinkierir hamemadoutheants·n deghegouthiun. wetserir tadoumn
Quinta analogiae intellegentia. Sexta iudicium

ποιημάτων, ὃ δὴ κάλλιcτόν ἐcτιν πάντων τῶν ἐν τῇ
chertadsatsn, na ievs lavakojn.n ē hamienetsounts vorch ner —
carminum, hoc etiam optimum est omnium quae in —

τέχνῃ —.
arhesdi·s ien.
arte sunt.

§ 2.

Περὶ ἀνα - γνώcεωc.
Haghaks wer-dsanuthean.
De supra-cognitione.

Ἀνάγνωcίς ἐcτι — ποιημάτων ἢ cυγγραμμάτων ἀ-διάπτωτος
Werdsanouthiun ē (masn) chertadsats gam sarakr[ads]ats an-wthar
Supracognitio est (pars) poematum vel conscriptorum in-damnosa

προ - φορά. Ἀνα-γνωcτέον δὲ — καθ' ὑπό - κριcιν,
haratsa - perouthiun. Iev werdsaneli ē ĕsd entha-tadouthean
ante - latio. Et legendum est secundum sub-iudicium,

κατὰ προc - ῳδίαν, κατὰ διαcτολήν. Ἐκ μὲν γὰρ τῆc
ĕsd ar - okanouthean, ĕsd drohouthean. — — Chanzi —
secundum ac - centum, secundum divisionem. — — Quia —

ὑπο - κρίcεωc τὴν ἀρετήν, ἐκ δὲ τῆc προc - ῳδίαc τὴν
h·entha-tadouthenē·n — z·zaurouthiun — isg — h·ar - okanouthenē·n —
sub - iudicio — virtutem — sed — ac - centu —

τέχνην, ἐκ δὲ τῆc διαcτολῆc τὸν περι-εχόμενον νοῦν ὁρῶμεν·
z·arouesd·n, — isg — i·drohouthenē·n — z·bar - ounag mids·n desanemch:[a])
artem — sed — divisione — circum-habitum sensum videmus:

---

[a]) Forma *mids* est pluralis, neque tamen graece pluralem legit interpres, nam *mid* vox plurali *(midch)* potissimum solet adhiberi.

ἵνα τὴν μὲν τραγ - ῳδίαν ἡρωϊκῶς ἀνα - γνῶμεν,
zi — — z·voghp-erkouthiun tiutsa-zna-par wer-dsanestsouch
quod- -luctus-cantationem deorum-modo-convenienter supra-cognoscamus

τὴν δὲ κωμ - ῳδίαν βιωτικῶς, τὰ δὲ ἐλεγεῖα
— *isg z·gadag - erkouthiun askharhaurēn* — *iev z·tampanagan n*
— sed derisionis-cantationem mundane — et sepulcralia

λιγυρῶς, τὸ δὲ ἔπος εὐ-τόνως, τὴν δὲ λυρικὴν ποίησιν
oujknagi — — *z·dagh·n chats-oloragi* — *iev z·chĕnaragan cherthouthiun*
vehementer — — versum valde-stricte — et lyricam poesin

ἐμ - μελῶς, τοὺς δὲ οἴκτους ὑφειμένως καὶ γοερῶς.
ner-tasnagana-bēs — *iev z·khant-aghadagan·n*[a]) *thoulagi iev askharabēs.*
in - harmonice — et desiderio-dolorosum remisse et luctuose.

Τὰ *γὰρ μὴ παρὰ τὴν τούτων γινόμενα παρατήρησιν καὶ τὰς τῶν
**Zi vorch voč ĕsd — sotsajts·n linin khdroutheants* — — —
Nam quae non secundum — hasce fiunt observationes — — —

ποιητῶν ἀρετὰς καταρριπτεῖ καὶ τὰς ἕξεις τῶν ἀναγινωσκόντων
z·chertoghats·n arouthiuns dabalen iev — *z·hojns* — *wer-dsanoghats·n*
poetarum virilitates evertunt et — habitudines — legentium

καταγελάστους παρ-ίστησι.
dsidsaghelis har-gatsotsen.
ridiculas ad-sistunt.

Imitati sumus, quantum fieri potuit, rationem, qua Armenius ea quae graece legit armeniace reddidit, voces armeniacas latine exprimentes, nec sensum verum sed vocum compositionem et formam tantum curantes. Latina si quis cum Graecis contulerit, particulas quasdam uti τε, μὲν, δὲ alias non accurate armeniace expressas esse intelleget, quippe quibus lingua armeniaca careat: in locum articuli graeci plerumque omissi semel pronomen *vorch* = *qui*, *quae*, *quae* lin. 1 esse suffectum: ordinem verborum, ubi vox γὰρ legitur, esse mutatum: ceteroqui vero non sensum sed ipsam vocum formam in armeniacam linguam conversam esse non infitiabitur. Quod quanta diligentia ab interprete sit factum, paucis videtur explicandum.

[1]) Vti γραμματική e voce γραμματικός nascitur, sic vox armeniaca *cheraganouthiun* e *cheragan*, i. e. *litteratus;* hoc autem a *cher-el*

[a]) Putaverim pluralem restituendum esse *z·khantaghadagans.*

ducendum est, quod significat *radere* ξέω. cfr. Dionysii § 6 p 9, 2: γράμματα λέγεται διὰ τὸ . . . ξυϲμαῖϲ τυποῦϲθαι, γράψαι γὰρ τὸ ξῦϲαι παρὰ τοῖϲ παλαιοῖϲ. Sed γράφειν non est *cher-el,* sed *kr-el,* ortum ex voce *kir liber.*[a]) Itaque ipsum nomen grammaticae formatum est ex coniectura ea, qua scribendi artem a radendo dictam censent, quam in scholis Graecorum interpres armeniacus didicit.

[2]) Ϲυγ-γραφεύϲ vocis etiam praepositionem armeniace interpres reddit, quae est *śar,* itaque format *śara-kir* = *con-scriptor.*

[3]) Ἀνάγνωϲιϲ dispertitur in ἀνὰ, armeniace *wer* (cfr. *wer-loudsouthiun* = ἀνάλυϲιϲ, *wera-panouthiun* = ἀναλογία, *wer-sasdouthiun* = ἀνάταϲιϲ) et γνῶϲιϲ, quod voce *dsanouthiun* redditur, de cuius radice *dsan*, cui inest notio cognoscendi, cfr. Lagarde Armenische Studien § 1041, 1369, 2124.

[4]) Ἐν-τριβήϲ.. particula ἐν respondet armeniacae *ner*; *gouṛ* autem i. e. *politus, tritus* graeco — τριβήϲ, *gṛ-el* enim est *terere, sculpere, secare.*

[5]) Vox *aṛ-okanouthiun,* quam *ac-centus* reddidimus, ex *aṛ* = πρόϲ, *ad*, et *okanouthiun* i. e. *cantus* composita est nam *ok-el* est *cantare, sonare.* Itaque *aṛokanouthiun* non minus quam *accentus* serviliter ad graecum archetypum fictum est.

[6]) Liberius egit in voce ἐξήγηϲιϲ = *zroutsa-drouthiun*, cuius prior pars *zrojts* est = *vox*, *sermo*, *enarratio*, itaque particulae ἐξ non convenit, *drouthiun* tamen a radice *dar* (infinit. *danil*), cui inest ducendi notio, eo consilio adhibitum est, ut verbo ἡγεῖϲθαι in voce ἐξήγηϲιϲ conveniret.

[7]) Τρόποϲ a τρέπω ductum redditur *heghanag*, nam *hegh-oul*, *heghhegh-el heghanag-el* est *mutare, vertere,* itaque reddidi *versio*, quod voci graecae etymologice respondet.

[8]) Πρό-χειροϲ in *aṛ-tzern* facile agnoscitur, quae vox eodem quo πρόχειροϲ sensu (= *promptus*) usurpatur. *Aṛ* fungitur vice praepositionum πρὸ et πρόϲ.

[9]) Ἀπόδοϲιϲ = *patsa-drouthium.* *Pats* = *apertum,* tanquam adverbium adhibitum, significat *foras.* Verbum *patsa-drel* est *(foras-portare?), declarare, explicare*, neque tamen definire ausim, utrum *drel* redeat ad *dour* = *donum*, δόϲιϲ, an ad *dar* (aor. *daraj*), de quo sub n. 6 egimus. Deinde *patsa-drel* est *reddere; patsadrouthium* est *redditio.*

[10]) Ἐτυμολογία est *sdouka-panouthiun.* Nam ἔτυμον = *sdojk* est *certum, verum.* Λόγοϲ vero est *pan,* unde abstractum, quod respondet graeco — λογία, fictum est *panouthiun. Sdoukapanouthiun* igitur convenit cum Ciceroniano illo *veriloquium*, quo reddidit ἐτυμολογία.

His exemplis, quibus propositis ratio interpretandi satis perspicitur, ea tantum addemus quae de poematum nominibus armeniace redditis memoratu digna videntur.

---

[a]) Cfr. Lagarde Armenische Studien § 535, 493, 2362.

Τραγῳδία et κωμῳδία, uti et ῥαψῳδία, quae in fine ᾠδῆς vocem habent, cui respondet armeniace *erkouthiun* ab *erkel* = *cantare*, dicuntur *voghp-erkouthiun*, *gadag-erkouthiun*, *hakn-erkouthiun*. *Voghp* est *planctus*, *luctus; gadag* est *ludibrium*, *derisio*. Itaque cum neque de τράγῳ *hirco* neque de κώμῃ *vico* Armenius dubitare posset, his in verbis a more suo recedens, sensum potius quam vocem reddidit. E contrario *hakn-el* est *suo, consuo,* itaque in ῥαψῳδία verbum ῥάπτειν habere sibi visus est, quod ad litteram expressit. Ἐλεγεῖα *tampanagan* reddidit, *tampan* vero est *sepulcrum*, itaque carmina sepulcralia intellexit, sensumque expressit; λυρικός vero quod *chĕnaragan* interpretatus est, etymologiam respexit, nam *chnar* est κινύρα et κιθάρα Genes. 4, 21. Rgn. 1, 10, 5. Denique monemus εὐτόνως quoque vocis partem alteram etymologice conversam esse ab interprete. Nam τόνος a τείνω derivans vocem *volor* i. e. *contorsio* adhibuit, ut similitudinem aliquam referat. Cum *chatś* i. e. *bene* compositum *chatś-volor-agan* est *in modum bene contorti*, quo redditur εὐτόνως.

Haec igitur est indoles interpretationis armeniacae: graeca, syllabam fere syllaba reddens, Armenius expressit, raro sensum respexit, particulas vero, quibus sermo eius patrius caret, modo omisit, modo liberius reddidit. Moneo vero lectores, ne censeant voces ab interprete fictas in usum linguae non esse receptas, immo eodem modo uti insulsae Latinorum interpretationes, qui μετοχὴν *participium*, αἰτιατικὴν *accusativum*, γενικὴν *genetivum* reddere non erubuerunt, ab omnibus sunt receptae, ita et voces ab interprete grammaticae Dionysianae ad normam graecam formatae deinde in numerum vocum usitatarum intraverunt. Iam si quis armeniaca, nulla graeci archetypi habita ratione, eo modo in aliam linguam transtulerit, ut quae in lexicis habentur vocabulorum technicorum explicationibus utatur, neque explicare dictionem et indolem Dionysii armeniace redditi, nec rem criticam iuvare censendus erit. Eundem enim, si recte intellexerit, sensum ex Armenio atque ex Graeco eliciet. Itaque ipsum textum armeniacum in quamlibet linguam convertere omnino inutile est; ea potius ratione Armenius est tractandus, ut singula verba ad textum graecum accuratissime excutiantur. Id quod Cirbiedus non intellexit, suum esse hoc opinatus, ut francogallice exprimeret, quae armeniace dicta sunt, ita tamen ut ei qui armeniaca non legit, francogallicae interpretationis usu prorsus sit abstinendum. Quod ut argumento probemus, caput secundum quod supra graece et armeniace exhibuimus iam tale quale a Cirbiedo francogallice expressum est lectoribus proponimus. Dicit igitur Cirbiedus:

La lecture est l'art de rendre fidèlement par la parole tout ce qui est écrit soit en vers, soit en prose. On doit la faire avec discernement, y observer les règles de la prosodie et de la division (ponctuation), car c'est par le discernement qu'on applique à chaque discours le ton qui

lui est propre, c'est par la prosodie qu'on apprend à la moduler, c'est par la division (ponctuation) qu'on fait connaître la liaison des idées entre elles.

La lecture nous apprend aussi que la tragédie doit être récitée héroïquement (avec noblesse); la comédie vulgairement (comme on parle dans la conversation); l'élégie ou l'oraison funèbre avec un accent très marqué (de douleur ou de regret); l'hymne avec l'inflexion de voix propre aux différens tons; les compositions lyriques harmonieusement (à la manière du chant); celles qui expriment les affections du coeur, tendrement avec abandon, (avec sentiment): quiconque n'observerait pas ces sortes de différences, dénaturerait le ton propre à chaque genre et rendrait ridicule l'action spéciale que doit produire, à l'oreille et au coeur, chaque objet de lecture.

Quae qui contulerit cum textibus supra propositis intelleget Cirbiedum interpretis munere pessime esse functum, immo prorsus quid sibi faciendum esset ignorasse, quod eam ob causam dicendum puto, ne quis Cirbiedi interpretationi confisus de textus armeniaci indole iudicare conetur. Nullus enim interpretationis armeniacae est usus nisi cum archetypo graeco diligentissime confertur, quod ubi feceris haud spernendum adminiculum rei criticae exercendae habebis.

IV

Sed cum hucusque id praecipue egerimus, ut doceremus Armenium accuratissimum esse Graeci imitatorem, ita ut ad diiudicandam lectionum varietatem summa sit auctoritate, iam nostrum est fines certos ponere, quibus usus eius criticus necessario circumscribendus est. Itaque hoc demum loco lectores ad id animum adtendere iubemus, Armenium graecum textum cum armeniace redderet non grammaticam graecae verum armeniacae linguae composuisse. Quod cum sibi proponeret, servatis ordine, dispositione, definitionibus omnia mutavit, quae ad grammaticam linguae armeniacae ipsi non quadrare videbantur, ubi vero a Graeco exempla graeca usurpata sunt in eorum locum armeniaca suffecit. Eum quidem, qui primus grammaticam linguae armeniacae descriptionem tentaverit, rem non absolvisse, et verborum imprimis ac pronominum naturam non perspexisse nemo sane mirabitur, qui etiam recentissimas armeniacae linguae grammaticas nondum ad saniores describendarum linguarum leges revocatas esse experientia edoctus est. Qui igitur secum reputaverit, quantis difficultatibus opprimatur ille, qui suae ipsius linguae grammaticam condere conatur, cuius rei exempla ex historia grammaticarum linguae theotiscae, hebraicae, syriacae a Germanis, Iudaeis, Syris conscriptarum satis multa in promptu sunt, haud sinistre Armenii excipiet tentamen, quamvis in quo ille erraverit bene cognitum habeat. Ad impetranda vero adminicula critica, propter quae nos hoc loco de Armenio agimus, vel ipsi eius errores haud levis sunt momenti. Nam

ubi armeniacae linguae lege et indole non perspectis quid vere docendum esset ignoravit interpres, graecum usum obtrusit armeniacae linguae, ita ut saepissime diiudicari possit, quid graece legerit. Vbi vero facere non potuit, quin a Dionysio graeco recederet, servato totius orationis tenore cautissime unam alteramve tantum vocem commutavit. Quam rem exemplis illustrabimus.

Graeci viginti quatuor litteris utuntur, Armenii, qui nunc triginta octo habent, illo tempore triginta sex utebantur. Iam vide quomodo egerit Armenius:

Γράμματά ἐστιν εἰκοσατέσσαρα ἀπὸ τοῦ ᾱ μέχρι τοῦ ω̄.
kir ē ieriesoun iev wiets - hajrē minciev ts khē
Littera est triginta et sex - ab a usque ad ch.

Simili modo de vocalibus loquens dixit:

Τούτων φωνήεντα *μέν ἐστιν ἑπτὰ ᾱ ε̄ η̄ - ῑ ο̄ ῡ ω̄
**Iev sotsa tzajnauorch ien outhn a e ē ĕ i o u ów*
Et horum vocales . sunt octo a e ē ĕ i o u ow.

Atque hoc exemplum utilissimum est: nam propter armeniacae linguae usum inseruit vocalibus *ĕ*, quo Graeci carent, at cum graece scribatur ω, quod Armenii non habent, compositis litteris *o* et *w* vocalem finxit, quae in vocabulis graecis tantum adhibetur. Nec minus valent ad illustrandam rationem, quam secutus est ubi armeniacus usus a graeco recedit, illa quae de *iu* diphthongo, quam in locum graecae diphthongi υι substituit, docet:

Καὶ τὸ ῡ δὲ ἐνίοτε προτακτικόν ἐστι τοῦ ι ὡς
Iev int ē ourech zi waghatasagan ē chan z·uiun vorbēs
Et i est aliquando quod praepositivum est quam u sicut

ἐν τῷ μυῖα καὶ ἅρπυια.
h - imasdouthiun-t iev h-artiun-t.
in imasdouthiun et in artiun.

Nihil habet, quod graeco υι aequiparari posse censeat, verum usitatissima est compositio vocalium *i* et *u*, itaque hoc loco inserit diphthongum *iu*. Ceterum *imasdouthiun* est = *sapientia*, *artiun* = *formatio*, *effectus*.

Hoc igitur in exemplo armeniacam rem in locum graecae substituit. Contra alibi Graecum secutus armeniaca vel ita fingit ut omni ratione careant. Cum minoris momenti videantur, quae modo de ω diximus, afferamus id quod de articulo docere interpres ausus est, quo Armenii carent. Vbi graece tria genera ὁ, ἡ, τό enumerantur, non modo articulum fingit, verum etiam tres eius formas; at cum

etiam genera[a]) ab Armeniis non distinguantur, pronomina demonstrativa varia vi praedita in locum articuli suffecit, ita ut iam omnia sint perturbata:

ἑνικὸc μὲν ὁ, ἡ, τό
iezagan — *ajs*, *ajt*, *ajn*.
singularis hic, ille, iste.

Horum formam etiam pluralem et dualem profert, quamvis dualis Armeniis desit. Et hac in re sibi constat: ubicumque graece ὁ δυϊκόc commemoratur, Armenius dualem fingit, ita ut in paradigmate verborum schema coniugationis exhibuerit, quod refertum est formis omnino ficticiis, quibus graeca imitatus est. Hoc enim Graecos aemulandi studio commotus etiam formas imperfecti augmento instructas adinvenit, quo hac in forma Armenii non utuntur.[b])

Miram denique iniit rationem in reddenda doctrina de verbi coniugationibus. Nam cum illo tempore vera formatio coniugationum, quam analogia linguae sanscritae ductus Petermannus primus adumbravit[c]), perspici non potuerit, facile exspectatur coniugationes secundum vocalem inter radicem et terminationem intercedentem distingui, itaque sicut apud Latinos in formis *am-are*, *mon-ēre*, *leg-ere*, *aud-ire*, ita apud Armenios in formis *sir-el*, *agh-al*, *thogh-oul*, *khōs-il* proponi quattuor verborum classes sive coniugationes. Quibus si additur alia classis verborum *an* recipientium, quae analoga sunt graecorum λαμβ-άν-ω al., quinque fere coniugationibus verba armeniaca comprehendi posse videntur. Systema hoc, nostris quidem desideriis non satisfaciens, facili negotio comparatâ formarum copiâ constitui potuit. At Dionysii interpres cum longe absit ab hac ratione, theoriam graecam sequitur, quae indoli armeniacae linguae parum convenit. Itaque

---

[a]) Vbi cap. 12 Graecus de genere loquitur, Armenius nihil mutavit, et quod cap. 16 graece legitur: γένη μὲν οὖν εἰcι τρία· ὁ ποιητήc, ἡ ποίηcιc, τὸ ποίημα, Armenius omisso articulo accurate reddidit. In libro impresso deest τρία, sed sine dubio restituendum est et ita legendum: *iev ien serch ierech*, ultima enim vox praecedenti simillima est.

[b]) In diario asiatico francogallico (Août—Septembre 1870) ill. Patkanoff, cui praeivit Petermannus, de augmento aoristi secundi locutus est; tamen utrum *e* illud, tertiae personae singularis tantum neque semper additum, verum sit augmentum necne, affirmare non ausim. Idem forma Dionysii armeniaci ficticia *gopeatsr* (tertiae pers. sing. aor. I) utitur, ut suam de origine formae regularis *sireats* comprobet opinionem, malo usus argumento, nam huic Dionysio quaenam in hac re fides? Etiam de duali armeniaco ei dubitatio non videtur exorta esse, quum dicat: *Il n'est pas resté de traces de ces formes dans les monuments littéraires.* Ad quod Dulaurier suo iure addidit: *parcequ'ils sont une invention purement artificielle d'ineptes grammairiens.* Cf. Journ. asiat. 1870. II p 266 sq 244.

[c]) Petermann Grammatica linguae armeniae Berolini 1837 p 188, apud quem omnia indicata sunt, quae Dulaurier contra Patkanoffium monuit. Journ. asiat. 1870 II, 242. Cf. Bopp Vergleich. Gramm. § 496.

dicit octo[a]) esse classes verborum βαρυτόνων, quas secundum ultimam radicis consonantem distinguit, ita ut, sicut graece verba in β, φ, π, πτ classem primam constituunt, armeniacam primam classem fingat exeuntium in *b, m, p, p'*, secundam exeuntium in *g, k, ch, kh* (graece γ, κ, χ) rel. Quoniam vero Armenii pluribus quam Graeci consonantibus utuntur, sex classibus graecis duas vel potius quattuor addidit, quas recensere operae non est pretium. Classis graeca quinta liquidas comprehendens respondet armeniacae sextae, quam sequuntur tres aliae consonantes eas comprehendentes, quae graece non habentur. Classis denique graeca sexta respondet armeniacae decimae quam interpres iisdem describit verbis, quibus utitur Dionysius, qua in re tamen confusio notionum memoratu dignissima habet locum:

ἡ	δὲ	ἕκτη	διὰ καθαροῦ	τοῦ ω̄,	οἷον	ἱππεύω,	πλέω,	βασιλεύω.
iev	*dasnierort·n*		*machour*	*etŝiu,*	*vorkon*	*tie-m,*	*kowe-m*[b])	*arŝaue-m*
et	decima (classis)		puro	*e*	sicut	sugo	laudo	curro

howoue-m	*hramaje-m*	*hampaue-m*
pasco	iubeo	divulgo.

Hac igitur in classe non de sono radicis ultimo, qui est *i* in *ti-em, ow* in *kow·em, au* in *arsau-em,* pendet distinctio, verum vocalem *e* ad terminationem pertinentem tanquam fundamentum distinctionis adhibuit, et quae graece de ω puro h. e. de ω, quod ad radicem in vocalem exeuntem accedit, dicta sunt, summa confusione sunt obruta. Armenius si pro *machour etŝiu* dixisset *machour tsajnavorau* i. e. *pura vocali,* omnia bene cederent, verbis mutis enim sic decima classis verborum purorum esset adiecta. Quod vero hoc non fecit, id confusionis voluimus proferre exemplum, a qua eius interpretatio, qua ad linguam armeniacam adhibere studuit graecam normam, omnino non est immunis.

In Dionysio graeco doctrinam de verbis barytonis excipit caput de verbis contractis (περισπωμένοις), quorum tres classes enumerantur, secundum vocales secundae et tertiae personae singularis praesentis distinctae, νο-εῖς, βο-ᾷς, χρυσ-οῖς. Hisce Armenius aequiparat tres radicum classes, quas graecum exemplar secutus secundum vocales secundae et tertiae personae distinxit, ita invenisse sibi visus quae verbis contractis responderent. Prima classis constat eis verbis quae in prima et secunda persona vocali *a* longa utuntur, *kām kās venio*

[a]) Codices habent: *Iev ien ldsortouthiunch .... outh,* i. e. *et coniugationes sunt octo.* Cirbiedus vero pro *outh* scripsit *dasn* = *decem*, quia deinde decem classes enumerantur.

[b]) Recordari velim lectores, supra p LI expositum esse, *ow* ab interprete in locum graeci ω esse invectum.

venis[a]); alteram efficiunt quae vocali *ū* longa instructa sunt, *aṛnous aṛnou* = *sumis sumit;* tertiam deinde ex iis verbis compositam dicit, quae vocali *e* et *a* gaudent, *keas keaj* = *es est,* cuius loco in dialectis vocales *o-e* habetur, *koem koes koej?* = *sum es est.* Hic igitur et dialectorum[b]) rationem habuit ut tertiam efficeret classem, cum tres armeniacas vellet cum graecis componere. Denique quae de verbis in μι graece exstant necessario omisit, quia apud Armenios classis verborum quae iis possit comparari non adest, si verba in *m. s.* in prima et secunda persona exeuntia cum graecis verbis in ω componuntur.

V

Quae diximus sufficiant ad describendam indolem interpretationis armeniacae, in qua cum quadam libertate agendi in praeceptis grammaticae graecae ad linguam armeniacam accommodandis diligentissimum videmus studium servandi formam graeci libri eiusque dictionem imitandi. Nec potest esse dubium, quin caute adhibita interpretatio armeniaca sit instrumentum exercendae criticae utilissimum et eo maioris auctoritatis, quo magis vetustate superat ceteros testes paene omnes. Vltimo loco igitur de tempore quo sit composita nobis est agendum.

Supra monuimus in codice Parisiensi 127 aeque atque in Veneto post grammaticam Dionysii positam esse collectionem scholiorum variorum quam Ioannes Ezngatsi, saeculi decimi quarti scriptor, concinnavit. Cuius testimonio constat Dionysium armeniacum inde a saeculo quinto exeunte a scriptoribus armeniacis commentariis instructum esse. Nam praeter recentiores grammaticos, Georgium Sisensem, Arisdagem Scribam, qui saeculo XIII erant, et Gregorium Magistrum[c]), qui saeculo XI floruit, praeter saeculi noni auctorem Hamamum, saeculi octavi commentatorem Stephanum, dioeceseos Siunich episcopum, et Basilium G'on, qui saeculo septimo erat, Moses Chorenensis et Davides Invictus *(Anhaghth)* Nerkinensis, qui saeculo quinto scripserunt, Dionysium adnotationibus illustraverunt. Haec illius codicis auctoritate fretus Cirbiedus docuit, a quibus paulo diversa Neumannus tradidit Journal asiatique 1829 p 71. Sed Neumannus quoque Davidem inter eos retulit,

[a]) Hoc loco Cierbiedi versio non satis accurata est.

[b]) De dialectis hodie apud nos nihil fere notum est, quamvis accurata earum notitia ad condendam grammaticam armeniacam ad leges grammaticae comparatae revocatam maxime sit necessaria. Patkanoff duodecim dialectos enumeravit, saeculo XIV Ioannes Ezngatsi nomina octo dialectorum protulit. Cf. Journal asiatique 1870 II p 141. De usu dialectorum vide quae de Lagarde monuit Armenische Studien p 207.

[c]) Cf. de Gregorio Magistro Victorem Langlois in Journal asiatique 1869 I P. 5.

qui commentarios conscripsissent, atque cum in operibus Davidis Venetiis anno 1833 editis p. 599 fragmentum commentarii in caput primum Dionysii inveniatur, certum est (vel si Mosis Chorenensis in Dionysium armeniacum commentatio non exstaret, quem tales commentarios scripsisse a nullo alio confirmatum video) Davidis tempore i. e. *saeculo quinto exeunte* Dionysium armeniace fuisse redditum. David Nerkinensis, Armeniorum philosophus, graecae linguae erat peritissimus, Aristotelis varios libros armeniace eadem accuratione diligentissima, verbum verbo reddens, expressit, quam in interprete grammaticae Dionysianae vidimus, quam ob rem fuerunt, qui censerent, ipsum *Davidem* interpretem fuisse Dionysii[a]), qua de re etiam sub iudice lis est.

---

[a]) *Avedichean* Grammatica armeniaca Venetiis 1815 p 157.

ADDENDA ET CORRIGENDA

IN QVIBVS INSVNT

SYRII INTERPRETIS LECTIONES

Non correxi quae quivis ipse facile emendabit, velut neglexi accentus et spiritus omissos, voces contra grammaticorum praecepta in extremo versu dissectas. sed facere non possum quin diserte profitear talia me noluisse, quale est in p 10 ἀφ'-εαυτῶν pro ἀ-φ'εαυτῶν.

Syri (S) lectiones noli in Addendis ad p 5, 1—22, 2 quaerere. nam paragraphos 1—10 non continet interpretatio. Ceterum si pernoscere hanc versionem voles, editionem Merxii adire opus erit, ubi verbis syriacis aut graeca aut latina quae respondent addita reperies. — In eiusdem grammatica syriaca p 1 seqq eam quae infra usurpata est syriacos sonos exprimendi rationem invenies explanatam.

Ad p 4 Θρᾷκα. In Moschopuli sylloge vocum atticarum sub εὑρίσκει haec legimus: λέγεταί τις Θρᾷξ Διονύσιος ἐξευρεῖν τινα τῶν γραμμάτων ἀπὸ τῆς τῶν Φοινίκων γλώττης, ᾧ προσεφεῦρέ τίς τινα τῶν διπλῶν, ψαλίδα εἰπὼν τὴν σπαλίδα, ἀντιστρόφως τὰ σύμφωνα θείς. de quibus verbis Lehrsius Anal. post Herodianum p 438: *Veteris Aristarchi memoriam apud quosdam extremorum Byzantinorum mirifice obscuratam fuisse, lepidum exemplum est Moschopuli, qui quid* ἐξευρίσκειν *et* ἐφευρίσκειν *differant patefacturus, ita scribit:* λέγεται ... θείς. *quod quamquam etiam portentosius, eorum admonet, qui Zenodotum et Aristarchum Pisistrati aequales fecerunt.* mihi quidem incredibile videtur, Moschopulum illa λέγεταί τις Θρᾷξ Διονύσιος scripsisse. coniecerim, Dionysii nomen in margine ab alio adiectum fuisse, qui de alphabeti graeci origine commentationem, utpote quam cum arte Dionysiana coniunctam legeret (v. praef. XXII 39. LIV 43), technographo ipsi adscribebat. in illa enim commentatione similia inveniuntur eis, quae ex Moschopuli sylloge exscripsimus: οὐδὲ (sic Leid.) γὰρ γράμματα εἶχον οἱ Ἕλληνες, ἀλλὰ διὰ φοινικίων γραμμάτων ἔγραφον τὰ ἑαυτῶν ἑλληνικὰ γράμματα ...... πολλῷ τῷ χρόνῳ τοῖς ιθ′ ἐχρῶντο. ὅθεν οἱ ἀρχαῖοι μὴ ἔχοντες τὸ ψ̄ τὴν ψαλίδα σπαλίδα ἔλεγον .... πρὸς ταῦτα Σιμωνίδης ὁ Χῖος (sic Leid. Grottaf. Parisini 2553 et 2555) προσέθηκε δύο η̄ καὶ ω̄, Ἐπίχαρμος δὲ ὁ Συρακούσιος τρία ζ̄ ξ̄ ψ̄.

ad **5, 1—6, 3** [LECT. ARMENII] Primum caput versionis armeniacae ad litteram conversum est in latinum sermonem a Merxio praef. LXIII seq et aliquot eius voces accuratissime explanatae ibidem p LXV seq.

ad **5, 3** [DISCR. ET TESTIM.] In Varronis verbis (*ars grammatica scientia est eorum quae a poetis historicis oratoribusque dicuntur ex parte maiore*) comma quod post *eorum* positum est deleri debet, quia *ex parte maiore* referendum est ad *gr. scientia est eorum.* vide *Zur Wiederherstellung des ältesten Compendiums der Grammatik* (in libro qui inscriptus est *Festschrift zur Begrüssung der XXXVI. Philologenversammlung* et prostat in J. C. B. Mohrii libraria Friburgensi et Tubingensi) p 73, ubi de genuina forma et de sententia definitionis Dionysianae disputatum est. — Diomedem grammaticae definitionem (*tota gr. consistit praecipue intellectu poetarum et scriptorum*) non ab Dionysio, sed ab Varrone mutuatum esse, quod AWilmannsius de Varronis l. gr. p 106 censet, credi vetat *scriptorum* nomen cum Varronianis *historicis oratoribusque* et cum Dionysiano συγγραφεῦσιν comparatum.

ad **5, 4—6, 3** [DISCR. ET TESTIM.] Sextus Emp. adv. gramm. § 250 p 655_7 B: Διονύcιος δὲ ὁ Θρᾷξ ἓξ μέρη γραμματικῆς εἶναι λέγων ...... ἐν τούτοις καὶ τὸ ἱςτορικὸν ἀποδίδωςιν· εἶναι γάρ φηςι γραμματικῆς μέρη ἀνάγνωςιν ἐντριβῆ κατὰ προςῳδίαν, ἐξήγηςιν κατὰ τοὺς ἐνυπάρχοντας ποιητικοὺς τρόπους, λέξεων καὶ ἱςτοριῶν ἀπόδοςιν, ἐτυμολογίας εὕρεςιν, ἀναλογίας ἐκλογιςμόν, κρίςιν ποιημάτων, ἀτόπως διαιρούμενος καὶ τάχα μὲν ἀποτελέςματά τινα καὶ μόρια γραμματικῆς μέρη ταύτης ποιῶν. — In scholiis technes praeter Dionysianam alia invenitur grammaticae partitio, de qua diligentissime disputavit Steupius in libro de Probis grammaticis inscripto p 37. Σ 736_5 (Mel): τὸ πάλαι μέρη τῆς γραμματικῆς ἦν τέςςαρα καὶ εἰςὶ ταῦτα· διορθωτικόν, ἀναγνωςτικόν, ἐξηγητικόν, κριτικόν. cfr Σ 659_{28} διορθ. ἀναγν. ἐξηγ. κριτικόν, 659_1 ἀναγν. διορθ. ἐξηγ. κριτικόν, 671_5 et 683_{15} (Porph) et 728_{32} ἀν. ἐξ. διορθ. κριτικόν. hanc divisionem revera vetustam esse demonstrat Varronis imitatio apud Diomedem I 426_{21}: *grammaticae officia, ut adserit Varro, constant in partibus quattuor: lectione enarratione emendatione iudicio.* at perperam opinatur Melampus Dionysianam partitionem ex hac altera natam esse, Σ 737_{22}: ἐὰν οὖν τὸ πάλαι τέςςαρα μέρη ἦν τῆς γραμματικῆς, πῶς νῦν ἓξ αὐτά φηςιν ὁ Διονύςιος; τὸ ἓν ἐξ αὐτῶν ἐτμήθη εἰς τρία, καὶ τὰ μὲν ἄλλα τρία γεγόναςιν ἕξ. τὸ ποῖον ἐτμήθη εἰς τρία; τὸ διορθωτικόν. εἰς ποῖα ἐτμήθη; εἰς τὸ νῦν τρίτον, τέταρτον, πέμπτον. vide Wilmannsium Varr. p 103 [1]). immo ex Dionysii divisione, quae plures dat ad reprehendendum ansas, putaverim factam esse anonymam, idque ita ut auctor ab Thrace acciperet officia ἀναγνώςεως ἐξηγήςεως κρίςεως, adderet διορθώςεως munus, cetera autem grammatici munera significaret nomine ὀργάνων. etenim idem, qui in has quattuor partes grammaticam divisit, instrumenta quoque quattuor artis esse dixit (Σ 659_{28} 728_{33}): γλωςςηματικόν, ἱςτορικόν (= γλωςςῶν τε καὶ ἱςτοριῶν ἀπόδοςις), τεχνικόν (= ἐτυμολογίας εὕρεςις, ἀναλογίας ἐκλογιςμός), μετρικόν. vide etiam *Zur Wiederherstellung* p 78.

ad **6, 4—13** [LECT. ARMENII] Alterum caput versionis armeniacae ad litteram conversum est in latinum sermonem praef. p LXIV seq et aliquot eius vocabula accurate explanata ibid. p LXVII.

ad **6, 6** [DISCR. ET TESTIM.] καθ᾽ ὑπόκριςιν, κατὰ προςῳδίαν, κατὰ διαςτολήν. hunc verborum ordinem, in quo offendere possis, testatur etiam Σ 683_{18} atque plane confirmat ordo earum expositionum quae sequuntur a p 6, 7—7, 7. vide *Zur Wiederherstellung* p 78.

ad **6, 15** [DISCR. ET TESTIM.] Σ in C: «ἡ κατὰ ἀνάςταςιν» (sicut codices artis LG, non ἀνάταςιν). οὐκ ἔςτιν ἐνταῦθα ὁ ἢ διαζευκτικὸς ςύνδεςμος ἀλλὰ ἄρθρον. quae mihi Mueller-Struebing exscripsit. nec discrepat Matritensis 81 teste Gallandio nisi quod hic ἀλλ᾽ ἄρθρον legitur.

ad **7, 3 — 8, 2.** in hoc capite καὶ ἡ μὲν τελεία verba interpolatrici manui deberi scholia et Armenius demonstrant, sed etiam ϲτιγμαί εἰϲι τρεῖϲ· τελεία μέϲη ὑποϲτιγμή et μέϲη δὲ ϲημεῖον πνεύματοϲ ἕνεκεν παραλαμβανόμενον spuria esse conatus sum probare *Zur Wiederherstellung* p 76. cfr Steup de Probis p 23.

ad **7, 4** [DISCR. SCRIPTVRAE] de Leidensis libri signo ὑποϲτιγμῆϲ vide praef. XXX 21 et acta conv. philol. Trevirensis p 167. occurrit hoc signum e. g. in codicis p 56 col II inter ῥηματικὸν δέ ἐϲτι et τὸ ἀπὸ ῥήματοϲ παρηγμένον (cum in proxime antecedentibus inter παρώνυμον δέ ἐϲτι et τὸ παρ' ὄνομα ποιηθέν punctum inferius inveniatur), item p 204 inter πᾶϲα ἀναίρεϲιϲ (pro ϲυναίρεϲιϲ) ἐξ ὀξείαϲ καὶ βαρείαϲ et περιϲπωμένην ποιεῖ, p 214 inter ὀρθογραφία γάρ ἐϲτι et ἡ ὀρθὸϲ (pro ὀρθῶϲ) γεγραμμένη λέξιϲ. conferendum quod commentariolus ab Hilgardo editus de hypodiastolae signo (,) p 25_9 narrat: τίθεται καὶ ἀντὶ ὑποϲτιγμῆϲ ὑποκάτω τοῦ ἐϲχάτου γράμματοϲ μήπω πεπληρωμένου τοῦ νοήματοϲ.

ad **8, 5** [LECT. ARMENII] ἀπὸ τοῦ ῥάπτειν ὁμοῦ? (τὰ?) ἔπη. sic ut scriberetur, Merxius poposcit. mihi videtur Armenius convertisse ἀπὸ τοῦ vel παρὰ τὸ ϲ υ ρ ρ ά π τ ε ι ν ἔπη vel τὰ ἔπη, quod verbum compositum in scholio vetusto, opinor, legerat. vide Σ in V[II] et Σ in N.

ad **9, 2** [DISCR. ET TESTIM.] Σ in Matritensi 81 fol 81: διὰ τί δὲ εἶπεν ἀπὸ τοῦ ᾱβ̄ μέχρι τοῦ ω̄; ὅτι τὸ μὲν ᾱ γένοϲ δηλοῖ, τὸ δὲ β̄ εἶδοϲ. ἢ ὅτι οὐϲίαϲ ἐϲτὶ ϲημαντικὸν τὸ ᾱ, τὸ δὲ β̄ ϲυμβεβηκότοϲ .... ἢ ὅτι τὸ μὲν ᾱ ἓν πρόϲωπον δηλοῖ, τὸ δὲ β̄ δύο. [LECT. ARMENII] vide praef. LXIX 10.

ad **9, 3** [DISCR. ET TESTIM.] ξυϲμοῖϲ habet etiam Σ Cram 325_{31}.

ad **9, 7** [LECT. ARMENII] vide praef. LXIX 14.

ad **10, 4 — 7.** haec ab aliena manu addita esse breviter demonstravi *Zur Wiederherstellung* p 77.

ad **10, 6 — 7** [LECT. ARMENII] vide praef. LXIX 24.

ad **11, 5 — 12, 4** [DISCR. ET TESTIM.] D i o n y s i u s H a l i c. de comp. verb. c. XIV p 72 R: διαφορὰ δὲ αὐτῶν (scil. τῶν γραμμάτων) πρώτη μέν, ὡϲ Ἀριϲτόξενοϲ ὁ μουϲικὸϲ ἀποφαίνεται, καθ' ἣν τὰ μὲν φωνὰϲ ἀποτελεῖ, τὰ δὲ ψόφουϲ· φωνὰϲ μὲν τὰ λεγόμενα φωνήεντα, ψόφουϲ δὲ τὰ λοιπὰ πάντα. δευτέρα δὲ καθ' ἣν τῶν μὴ φωνηέντων ἃ μὲν καθ' ἑαυτὰ ψόφουϲ ὁποίουϲ δή τιναϲ ἀποτελεῖν πέφυκε, ῥοῖζον ἢ ϲιγμὸν ἢ μυγμὸν ἢ τοιούτων τινῶν ἄλλων ἤχων δηλωτικούϲ·

ἃ δ' ἐcτὶν ἀπάcης ἄμοιρα φωνῆς καὶ ψόφου καὶ οὐχ οἷά τε ἠχεῖcθαι καθ'ἑαυτά· διὸ δὴ ταῦτα μὲν ἄφωνά τινες ἐκάλεcαν, θάτερα δὲ ἡμίφωνα. Sextus Empir. adv. grammaticos § 102 p 621_{28} B: τῶν δὲ cυμφώνων τὰ μὲν ἡμίφωνά ἐcτι κατ' αὐτοὺc (scil τοὺc γραμματικοὺc) τὰ δὲ ἄφωνα, καὶ ἡμίφωνα μὲν ὅcα δι' αὐτῶν ῥοῖζον ἢ cιγμὸν ἢ μυγμὸν ἤ τινα παραπλήcιον ἦχον κατὰ τὴν ἐκφώνηcιν ἀποτελεῖν πεφυκότα, καθάπερ τὸ ζ̄ θ̄ λ̄ μ̄ ν̄ ξ̄ ρ̄ c̄ φ̄ χ̄ ψ̄, ἢ ὥc τινέc, χωρὶc τοῦ θ̄ καὶ φ̄ καὶ χ̄ τὰ λειπόμενα ὀκτώ· ἄφωνα δέ ἐcτι τὰ μήτε cυλλαβὰc καθ' ἑαυτὰ ποιεῖν δυνάμενα μήτε ἤχων ἰδιότηταc, αὐτὸ δὲ μόνον μετὰ τῶν ἄλλων cυνεκφωνούμενα, καθάπερ β̄ γ̄ δ̄ κ̄ π̄ τ̄, ἢ ὥc ἔνιοι, καὶ τὸ θ̄ φ̄ χ̄. Halicarnasensis verba ita scripsi, ut constituit Vsenerus ante indicem lectionum Bonnens. I a. 1878 p XVI, exceptis duobus. vocabula enim sonum imitantia haece ille dedit uno Parisino duce: ῥοῖζον ἢ cυριγμὸν ἢ ποππυcμόν, quamquam et scholiasta Hermogenis et Laurentianus codex et epitoma pro cυριγμοῦ et ποππυcμοῦ nominibus cιγμὸν et μυγμὸν exhibent atque ἢ μυγμὸν post ῥοῖζον ἢ cυριγμὸν ἢ ποππυcμὸν Marcianus habet. ῥοῖζον ἢ cιγμὸν ἢ μυγμὸν genuinam lectionem esse etiam Sextum testari puto, cum dubitari nequeat quin quae Halicarnasensis de semivocalibus docet et quae Empiricus tradit, partim ex eodem fonte oriunda sint.

ad **13, 3** τοῦ θ̄ καὶ τ̄ et ad **14, 1** τὸ δὲ θ̄ τῷ τ̄: de conlocatione litterarum v. *Zur Wiederherstellung* p 79.

ad **14, 7** [LECT. ARMENII] Clarius dicendum erat, Armenium convertisse ὑγρὰ τέccαρα nec quicquam habere quod respondeat illis verbis: ἀμετάβολα δὲ λέγεται — καλεῖται. cfr ad 21, 2.

ad **14, 7—9** [DISCR. ET TESTIM.] Cogitari potest, ea quae Psellus de explanato ὑγρῶν nomine in cτίχοιc dicit, referenda esse ad haec Dionysii verba: ὅτι οὐ μεταβάλλει — τῶν ὀνομάτων.

ad **15, 1 — 16, 5** [DISCR. ET TESTIM.] Ad totam de litteris finalibus expositionem conferendus locus Aristotelei περὶ ποιητικῆc libelli c. 21 extr. p $1458a_{8-17}$, quem exhibeo sicut legitur in codice A^c non additis contra huius libri auctoritatem nisi eis, quae addenda esse quivis concedet: αὐτῶν δὲ τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν ἄρρενα τὰ δὲ θήλεα τὰ δὲ μεταξύ, ἄρρενα μὲν ὅcα τελευτᾷ εἰc τὸ Ν καὶ Ρ ⟨καὶ Σ⟩ καὶ ὅcα ἐκ τούτου cύγκειται, ταῦτα δ' ἐcτὶν δύο, Ψ καὶ Ξ, θήλεα δὲ ὅcα ἐκ τῶν φωνηέντων εἴc τε τὰ ἀεὶ μακρά, οἷον εἰc Η καὶ Ω, καὶ τῶν ἐπεκτεινομένων εἰc Α· ὥcτε ἴcα cυμβαίνει πλήθη εἰc ὅcα τὰ ἄρρενα καὶ τὰ θήλεα. τὸ γὰρ Ψ καὶ τὸ Ξ ⟨τῷ Σ⟩ ταὐτά ἐcτιν. εἰc δὲ ἄφωνον οὐδὲν ὄνομα τελευτᾷ, οὐδὲ εἰc φωνῆεν βραχύ. εἰc δὲ τὸ Ι τρία μόνον, μέλι, κόμμι, πέπερι. εἰc δὲ τὸ Υ πέντε. τὰ δὲ μεταξὺ εἰc ταῦτα καὶ Ν καὶ Σ.

quae verba non solum ab eo quod verum est, sed etiam inter se ipsa discrepare patet. nec exstitit adhuc qui hos dissensus omnes probabili ratione tolleret. quocirca sunt qui totam expositionem ab Aristotele abiudicent. at, si horum amplexus eris sententiam, noli auctorem putare philosophum aut grammaticum aevi inferioris, verum pro certo habeto haec verba scripta esse ante Aristarchi disciplinam.

ad **15, 2—3** [DISCR. ET TESTIM.] propter Georgii Choerobosci et erotematum vetustissimorum consensionem Dionysium existimavi sic ordinasse litteras finales masculinorum: ν ρ c ξ ψ, οἷον Δίων Νέςτωρ Πάρις Φοῖνιξ Πέλοψ. at, postquam ab Hilgardo certior factus sum quae invenirentur in Choerobosci codice Marciano 489, aliter iudicandum esse intellexi. Georgius igitur in eis lectionibus, quibus canones Theodosianos explanavit, haec dixit, si Coislinianum 176 sequimur, p 12_{26} editionis Gaisf. (hi enim numeri in adnotatione mea imprimendi erant pro p 26_{18}): τελικὰ τοίνυν ἀρςενικῶν ὀνομάτων εἰςὶ πέντε, ν ξ ρ c ψ, οἷον Δίων Νέςτωρ Πάρις Φοῖνιξ Πέλοψ· χρεία δέ ἐςτι προςθεῖναί τινα (scil *ad Dionysii verba*) καὶ εἰπεῖν οὕτως· τελικὰ ἀρςενικῶν ἀνεπεκτάτων κοινῶν κατ' εὐθεῖαν καὶ ἑνικὴν πτῶςίν εἰςι πέντε, ν ξ ρ c ψ. in quibus verbis putavi recte se habere exemplorum ordinem, bis corruptum esse ordinem litterarum, quia Choeroboscus in disputatione subsequenti ($13_{18}—14_{2}$) non secundo sed paenultimo loco de nominibus in ξ desinentibus exponit. Marcianus vero, qui saepenumero Georgii verba integriora quam Coislinianus praebet, in illo quem transcripsi loco et litteras et exempla alphabetico ordine conlocata habet. quocirca nunc censeo exemplorum seriem in Coisliniani scriptura traiectione corrigendam esse neque alia invenisse Choeroboscum in Dionysii techne quam quae codices artis exhibent neque ipsum technographum alia scripsisse. — Retinuit et numerum et ordinem litterarum finalium in nominibus masculinis Herodianus, vide Ἐπιτομὴν τῶν ὀνοματικῶν κανόνων ἐκ τῶν Ἡρωδιανοῦ AO IV 333_{30} = Herod. Lentzii II 634_{27}: πέντε εἰςὶ ςτοιχεῖα τελικὰ τῶν ἀρςενικῶν ὀνομάτων· ν̄ ξ̄ ρ̄ c̄ ψ̄. εἰ δέ τινες καὶ τὸ ε̄ τελικὸν τιθέαςιν, ὡς ἐν τῷ τοιόςδε τηλικόςδε, ἢ τὸ λ̄ διὰ τὴν ἧλος γενικὴν ἢ Ἀςδρουβάλ εὐθεῖαν, οὐ παραδεκτέον· τούτων γὰρ τὸ μὲν πρῶτον κατ' ἐπέκταςιν τοῦ δε λέγεται .... καὶ τὸ λ̄ δὲ ῥυδαμῶς τελικὸν ἡγητέον· τὰ γὰρ τοιαῦτα ὀνόματα οὐχ Ἑλληνικά, ἀλλὰ βάρβαρα καὶ ἀχαρακτήριςτα. Theodosius Alexandrinus, qui in canonibus suis nominalibus ordinandis ab hoc Dionysii loco profectus est, praeposuit nomina in c̄ desinentia eis, quae ν̄ ξ̄ ρ̄ ψ̄ litteris terminantur, quia, ut illorum flexio inlustraretur, multo maiore opus erat regularum numero.

ad **15, 3** ᾱ η ω̄ ν̄ ξ̄ ρ̄ c̄ ψ̄] huius litterarum ordinis rationem explicavi *Zur Wiederherstellung* p 79.

ad **16, 3** [DISCR. ET TESTIM.] cum Choerobosci loco quem exscripsi conferenda quae leguntur AO I p VI ex epimerismis Coisliniani 387 excerpta. vide etiam *Z. Wiederherstellung* p 63.

ad **16, 7.** syllabae definitionem ab lacunae suspicione vindicavi *Z. Wiederherstellung* p 79.

ad **16, 7** in p 17 [DISCR. ET TESTIM.] comma ponendum post 'epitoma' in extrema linea quarta.

ad **17, 1** [DISCR. ET TESTIM.] cfr Apollonius de constr. 4_{26} B.: καταχρηϲτικώτερον αἱ μονογράμματοι ἐκφωνήϲειϲ ϲυλλαβαὶ εἴρηνται.

ad **17, 3** [DISCR. ET TESTIM.] In praefatione volui latinorum grammaticorum de syllabis longa, brevi, communi praecepta ita cum verbis Dionysianis componere, ut in progr. gymnasii Heidelbergensis a. 1881 p 18—36 composui quae de adverbiorum et nominum speciebus Thrax docuit et quae illi tradiderunt. at postea melius visum est, rem reservare libello alteri scholastico.

ad **18, 3** [DISCR. ET TESTIM.] Pseudodraco 147_{19}: ἤτοι ὅταν εἰϲ δύο ϲύμφωνα λήγῃ, ὡϲ ἐν τῷ ἅλϲ ἐλπίϲ. — [LECT. ARMENII] addendum erat, vocem armeniacam, quam interpres pro ἅλϲ exemplo posuit, ex antiquiore pronuntiandi consuetudine *alts* sonare.

ad **19, 2—4** [DISCR. ET TESTIM.] Pseudodraco 147_{20}: ἢ ὅταν διπλοῦν ϲύμφωνον ἐπιφέρηται ἤγουν αὐτοῖϲ προϲκέηται, ὡϲ ἐν τῷ ἔξω Ἀριϲτόξενοϲ ...... ἢ ὅταν εἰϲ διπλοῦν ϲύμφωνον λήγῃ ἡ ϲυλλαβή, οἷον Ἄραψ Πέλοψ. exemplis igitur Dionysianis altera plane similia Draco addidit. pro Ἄραψ technographum ἄψ scripsisse conieci *Z. Wiederherstellung* p 77. — [LECT. ARMENII] quinti modi exemplum armeniacum est *ats*, i. e. *manus dextra.*

ad **19, 2—4** [DISCR. ET TESTIM.] in exitu adnotationis scribe '(cfr Charis.' pro '(et Charis.'

ad **21, 1—3** [DISCR. ET TESTIM.] E^b in codicibus Basileensibus habent ἐν ϲυλλήψει δηλονότι.

ad **21, 3** [LECT. ARMENII] hunc quoque versum Homericum Armenius interpretatur.

ad **22, 1** [DISCR. ET TESTIM.] καὶ τὴν ἑξῆϲ ἔχῃ ἀπὸ φωνήεντοϲ ἀρχομένην ne in Basileensibus quidem codicibus habent E^b.

ad **22, 3.** ab hac paragrapho incipit interpretatio syriaca.

ad **22, 5.** S non praemittit titulum qui significet *de oratione.* nec convertit τε καὶ ἐμμέτρου, quae deteriores codices definitioni inserunt. huius genuinam formam hanc fuisse: λόγος δέ ἐστι λέξεων σύνθεσις διάνοιαν αὐτοτελῆ δηλοῦσα, probare conatus sum *Z. Wiederherstellung* p 74 et 75. — [DISCR. ET TESTIM.] De ea cognatione, qua codices artis deteriores cum erotematis ab Moschopulo correctis (E^b) coniuncti sunt, dixi praef. XXXII 11. 19. XXXIII 14; eam, quae conectit epitomam cum E^b, tetigi p XLI 21 Append. artis Dionysianae p IX; quae ratio inter E^b et erotemata Tubingensia (E^t) intercedat, indicat Appendicis p XI. — Syngelum in adnotatione ad h. l. incuria nominavi quem solebam Syncellum. ceterum vulgatissima est depravatio nominis, qua ἀγγέλου voci simile factum est: etiam Const. Lascarim hac forma usum esse discimus ex Iriarti cat. codd. Matrit. p 189.

ad **23, 2—3.** ἡ γὰρ προσηγορία ὡς εἶδος τῷ ὀνόματι ὑποβέβληται] S in utroque exemplari *Graeci vero ut aiunt, tamquam species est sub nomine.* deest igitur προσηγορία vocis interpretatio. — Pugnant cum his technes verbis quae prolegomena collectioni scholiorum in Vaticano 14 praemissa duobus locis narrant, fol 10^r extr: θέλουσιν οὖν τινες μὴ εἶναι γνήσιον τοῦ Θρᾳκὸς τὸ παρὸν σύγγραμμα, ἐπιχειροῦντες οὕτως, ὅτι οἱ τεχνικοὶ μέμνηνται Διονυσίου τοῦ Θρᾳκὸς καὶ λέγουσιν ὅτι διεχώριζε τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τοῦ ὀνόματος καὶ συνῆπτε (cod. συνῆπται) τὸ ἄρθρον καὶ τὴν ἀντωνυμίαν (BA 672_{10-15}), et fol 31^r: περὶ τοῦ εἶναι γνήσιον τὸ παρὸν σύγγραμμα Διονυσίου τοῦ Θρᾳκὸς ἠμφισβήτηται. ἐπεχείρησαν γάρ τινες οὕτως εἰπόντες, ὡς οἱ τεχνικοὶ ...... (sicut altero loco) ..... προσηγορίαν ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ ὀνόματος καὶ συνῆπτε (cod. συνῆπται) τῷ ἄρθρῳ τὴν ἀντωνυμίαν. ὁ δὲ παρὼν τεχνικὸς τὴν προσηγορίαν καὶ τὸ ὄνομα ἓν μέρος λόγου οἶδεν, ἐν οἷς φησιν «ἡ γὰρ προσηγορία ὡς εἶδος τῷ ὀνόματι ὑποβέβληται» (cod. ὑπο om). καὶ τὸ ἄρθρον καὶ τὴν ἀντωνυμίαν δύο μέρη γινώσκει καὶ οὐχὶ ἕν (quorum pars tantum edita BA 672_{21-24}). de his discrepantiis dixi *Z. Wiederherstellung* p 83.

ad **23, 3.** non legebat S additamentum codicum GB (quod E^b habent etiam in codd. Basileensibus).

ad **24, 1.** hanc inscriptionem nec Armenius legebat nec S.

ad **24, 3.** Ὄνομά ἐστι μέρος λόγου πτωτικόν, σῶμα ἢ πρᾶγμα σημαῖνον] apud S deest interpretatio vocis πτωτικόν, sed quin legerit interpres nomen, non dubito, cfr Add. ad 46, 3—4. coniunctionem disiunctivam S etiam ei nomini praemittit quod significat *corpus.* — [DISCR. ET TESTIM.] Apollonius Dyscolus suam ὀνόματος definitionem finxit ex Dionysiana. Priscian. partit. vers. Aen. II p 481_2 K.: *secundum*

Apollonium (scil *nomen est*) *pars orationis quae singularum corporalium rerum vel incorporalium sibi subiectarum qualitatem propriam vel communem manifestat.* sed diligentius Caesariensis Apollonium ibi transtulit, ubi huius scripta semper ante oculos habebat, in instit. l. II c. 22 p 56_{28} H.: *nomen est p. or. quae unicuique subiectorum* c o r p o r u m *seu* r e r u m (sine *s i b i*) *communem vel propriam qualitatem* *d i s t r i b u i t*, ita tantum ab exemplari suo discedens ut pro ἑκάϲτου poneret dativum, quod fecit etiam l. XVII c. 63 p 145_{20} (= Apoll. synt. 103_{17}). Dyscolus sic definiens: μέροϲ λόγου ἑκάϲτου τῶν ὑποκειμένων ϲωμάτων ἢ πραγμάτων κοινὴν ἢ ἰδίαν ποιότητα ἀπονέμον, omisit ex Thracis finitione πτωτικόν; deinde addidit nomine significari ἕκαϲτον τῶν ὑποκειμένων, de quibus verbis cfr syntax. 104_{10} 105_{19} 112_{22} atque 103_{17} (ubi ὑποκειμένου vel τῶν ὑποκειμένων inter ἑκάϲτου et ποιότητα inserendum); tum pro κοινῶϲ τε καὶ ἰδίωϲ λεγόμενον non posuit quod infra (33,6. 34,1) Dionysius ipse substituit τὴν ἰδίαν οὐϲίαν ϲημαῖνον et τὴν κοινὴν οὐϲ. ϲημ., sed οὐϲίαϲ nomini praetulit ποιότητα, de quo vocabulo vide synt. 103_{13} 112_{22} de pron. 27_{10} 105_{19} Schn., et pro ϲημαῖνον maluit ἀπονέμον, de quo cfr synt. 103_{17}. haec vero nominis descriptio, ex Dionysiana quattuor mutationibus orta, postea a Byzantiis rursus similior Dionysii facta est: rediit πτωτικόν, irrepsit Dionysianum οὐϲίαν (quamquam erant qui repugnarent, cfr Choer. 4_{15}), irrepsit etiam ϲημαῖνον (quod praeter E^5 habent Zonarae lex. 1454 et Choerobosci Coislinianus 176, Burbonicus II D 3).

ad **24, 4.** S om utrumque οἷον, ante λίθοϲ habet exempla *hominis* et *equi*, post παιδεία nomina *sapientiae* et *prudentiae.*

ad **24, 5.** S om utrumque οἷον. post ἵπποϲ habet exemplum *bovis* (cfr Aristot. categ. 1 a 8 et 19 atque artis p 44, 1), ante Σωκράτηϲ in A codice nomina *Platonis* et *Aristotelis*; in B leguntur haec tria propria: *Paulus Petrus Ioannes.*

ad **24, 8.** ante pluralem εἰϲι debebat crucis signum poni, sicut 11, 2 ante λέγονται positum est. — **S:** γένη οὖν *sunt in lingua quidem graeca* τρία, ἀρϲενικὸν *et* θηλυκὸν *et aliud praeter haec, quod neque masculinum neque femininum est, tamquam proprietas linguae graecae. in lingua vero syriaca genera sunt duo, masculinum et femininum.*

ad **25, 1.** S τούτοιϲ ἄλλα δύο convertit.

ad **25, 2.** pro ἵπποϲ κύων S habet exempla *cameli* et *aquilae*, deinde pro χελιδών ἀετόϲ nomina *hirundinis* et *passeris*. vide Merxii editionem.

ad **25, 5.** S pro γῆ et γαιήϊοϲ terna exempla habet: *caelum terra ignis*, *caelestis terrestris igneus*.

ad 25, 7. in A codice versionis syriacae ὑποκοριστικόν conversum est nomine quod vim *diminutionis* habet, in B codice nomen invenitur quod *blanditias* significat. cfr infra ad 28, 6.

ad 25, 8—26, 1 [DISCR. ET TESTIM.] In Appendice p 30 cum Dionysii de patronymico verbis composita invenis quae de eadem nominis specie docent Diomedes I 323_{24-29} Charisius I 154_{27}—155_{2} Dositheus VII 395_{5-7} Donatus IV 373_{23-28} [Sergius] in Donatum IV 537_{7-9} $_{12-15}$ $539_{36}-540_{3}$ Consentius V 341_{4-6} $_{11-16}$ Priscianus II 62_{15-17} 63_{11-13} 65_{12-17} 67_{14-17} 68_{5-7}. quorum haud pauca originem ducunt ex doctrina Dionysiana.

ad 25, 8. S: πατρωνυμικὸν μὲν οὖν ἐστι τὸ κυρίως ἀπὸ πατέρων (non πατρὸς) ἐσχηματισμένον, οἷον *Levita Iudaeus.* καταχρηστικῶς δὲ καὶ (τὸ non expressit) ἀπὸ προγόνων, οἷον . . . . . sequuntur nomina syriaca tria.

ad 26, 1. S: *graece autem hoc nomen tres typos recipit, syriace vero unum, velut* . . . . sequuntur nomina syriaca tria.

ad 26, 4. θηλυκῶν δὲ οἱ ἴσοι τρεῖς] S: *ita autem etiam nomen femininum graece quidem tres typos recipit, syriace vero unum tantum, velut* . . . . sequuntur exempla tria syriaca.

ad 26, 5—6. Ἀπὸ δὲ μητέρων οὐ σχηματίζει πατρωνυμικὸν εἶδος ὁ Ὅμηρος, ἀλλ' οἱ νεώτεροι] S: *A nominibus autem feminarum non formatur hoc nomen.*

ad 27, 1—2. S: *velut pallium Iosephi, virga Aharonis, gladius Goliathi.*

ad 27, 3—6. Συγκριτικὸν δέ ἐστι τὸ τὴν σύγκρισιν ἔχον ἑνὸς πρὸς ἕνα ὁμοιογενῆ, ὡς Ἀχιλλεὺς ἀνδρειότερος Αἴαντος, ἢ ἑνὸς πρὸς πολλοὺς ἑτερογενεῖς, ὡς Ἀχιλλεὺς ἀνδρειότερος τῶν Τρώων. hanc definitionem perversam esse censui *Z. Wiederherstellung* p 79, quod cur fecerim, parum se intellegere dixit Pietro Merlo (*La Cultura* 1883, II 2 p 35). feci igitur quia hic ὅρος poscit ὁμοιογένειαν, i. e. ὁμοφυλίαν, ubi singuli cum singulis conferuntur, ἑτερογένειαν, ubi singuli cum pluribus, et quia excludit comparationem plurium cum pluribus, denique quia non plures opponit singulis, sed multos. peccasse autem ita technographus mihi videtur, quia ea tantum exempla, quae subicit, in fingendo ὅρῳ respiciebat. removit ex definitione omnia quae indicavi vitia Priscianus, partem certe sublatam videmus apud Diomedem. — S conspirat in definitione, discrepat in exemplis: *ecce plus quam Salomo* (Matth. 12, 42), *Salomo sapiens fuit magis quam omnes filii orientis* (1 Reg. 10, 23).

ad **27, 6—28, 2.** S: τῶν δὲ cυγκριτικῶν τύποι *graece et syriace* εἰcὶ τρεῖc. de exemplis subsequentibus vide Merxii editionem.

ad **28, 2** [DISCR. ET TESTIM.] in codd. Basileensibus E^b habent ccων.

ad **28, 3.** τὸ κατ' ἐπίταcιν ἑνὸc πρὸc πολλοὺc παραλαμβανόμενον] S in A codice: *quando unum quidem ponitur et cum multis comparatur*, in B: *quando unum ponitur supra multa, cum multis comparatum.*

ad **28, 4—5.** quomodo exempla superlativorum imitari studuerit S, cognosce sis ex Merxii editione.

ad **28, 6.** In A codice versionis syriacae ὑποκοριcτικὸν transfertur voce quae *diminutionem* significat; contra B codex vocabulum habet cui vis *blanditiarum* est, atque nomen huius significationis etiam pro μείωcιν exhibet. cfr supra ad 25, 7.

ad **28, 7.** S μειρακύλλιον ἀνθρωπίcκοc convertit, tertium exemplum non habet. (E^b λίθαξ om etiam in codd. Basileensibus.)

ad **29, 1—2.** S eandem definitionem habet, sed pro exemplis graecis *Iudam Maccabaeum* et *Antiochum Epiphanem.* — [DISCR. ET TESTIM.] Quae verba V codex in definitione post παρ' ὄνομα exhibet: ἢ ἐξ ὀνόματοc, ea nunc puto explanandi causa ad antecedentia adiecta esse, quamquam videtur, quid παρ' ὄνομα sibi velit, nemini non posse apparere. in Barocciano 116, qui ipse in numero librorum deteriorum habendus est sed propius ad eorum archetypum accedit quam VHA, legitur παρ' ὄνομα ἤγουν ἐξ ὀνόματοc. vide *Z. Wiederherstellung* p 64. — Exemplis Θέωνοc et Τρύφωνοc Lehrsius Anal. post Herodianum p 436 praeter alia utitur ut demonstret, ab Dionysio Aristarcheo technen abiudicandam esse. *qui liber ante Sextum Empiricum,* inquit, *non commemoratur et Tryphone ac Theone certe, ut constat, posterior est.* cui quidem argumentationi Mauritius Schmidt Philol. VIII p 510 iure opposuit nonnulla. Theonis nomen iam Chrysippus in exemplis logicis usurpare solebat, vide Philonem περὶ ἀφθαρcίαc κόcμου p 951 C ed. Mang. (Plut. quaest. Rom XXX). ergo grammaticum illustrem hic dici credamus, haudquaquam necesse est. Tryphonis autem exemplum si ad Alexandrinum referendum esse censes (quod mihi quoque verum videtur), tamen ne ex hoc quidem exemplo colligere debes, artem ψευδεπίγραφον esse, sed coicere licet technici celeberrimi nomen in alius nominis locum a posteriore manu substitutum esse. quam ego coniecturam comprobo, quia constat mihi et Varronem et Tryphonem ipsum enchiridio Dionysiano usum esse. (ceterum legisse in techne videtur Θέων Τρύφων nomina etiam is qui scripsit quae in EM 464_{21} leguntur.)

ad 29, 3—4. apud S ante Νοήμων et Φιλήμων nominum interpretationes legitur vocabulum quod idem ac *prudens intellegens* significat.

ad 29, 5 παραϲύνθετον] pro hac appellatione S hic et infra 50,3 nomen habet quod *plusquamcompositum* significat.

ad 29, 6—7 Ἀγαμεμνονίδηϲ Φιλιππίδηϲ] unum exemplum habet S idque sacrum.

ad 30, 1—4. in B codice versionis syriacae eadem compositionis genera eodemque ordine enumerantur; in A codice deest tertium.

ad 30, 5—31, 1. S in B codice: ἀριθμοὶ *vero in lingua graeca sunt* τρεῖϲ, ἑνικὸϲ *et* δυϊκὸϲ *et* πληθυντικόϲ, *in lingua vero syriaca sunt duo, velut* ***homo*** *et* ***homines***. in A codice haec tantum leguntur: *numeri vero in lingua syriaca sunt duo, singularis et pluralis, velut* ***homo*** *et* ***homines***. ad exempla cfr commentariolus σ et Priscianus et quae S in capite de articulo p 62, 4 habet.

ad 31, 1—3 Εἰϲὶ—ὄχλοϲ] S consentit, nisi quod exempla hoc profert ordine: δῆμοϲ ὄχλοϲ χορόϲ (cfr infra ad 41, 1).

ad 31, 3—4. καὶ πληθυντικοὶ—δυϊκῶν S convertit, sed exempla habet alia. quibus haec subicit: *rursus vero sunt nomina alia quae singulariter quidem dicuntur, de duobus vero praedicant, velut* ***par iugum***. hoc additamentum, quod post nomina forma singularia, vi pluralia debebat inseri, fortasse sumptum est ab scholiasta graeco: exempla graeca nescio an fuerint ζεῦγοϲ et ζυγόν.

